OBSERVATIONES CRITICAE
IN
IULIANI IMPERATORIS
CONTRA
CHRISTIANOS LIBROS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE ERLANGENSI
RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT
THEODORUS GOLLWITZER.

ERLANGAE.
TYPIS JUNGII ET FILII.
MDCCCLXXXVI.

Observationes criticae in Iuliani imperatoris contra Christianos libros.

Disputavit

Theodorus Gollwitzer.

Iuliani contra Christianos libri cum diu a philologis neglecti essent, anno MDCCCLXXX a C. I. Neumanno Lipsiae editi sunt. Praemisit editioni prolegomena diligenter et luculenter composita: ipsum textum codicum lectionibus scriptorumque testimoniis adnotatis bene constituit.

Idem hos libros in nostram linguam conversos eodem anno edidit.

Neumanni editio a viris doctis cum studio accepta et merita laude affecta est, velut in „Literarisches Centralblatt" 1881 Nr. 19, in „Deutsche Literaturzeitung" eiusdem anni et numeri, in „Literarische Rundschau" 1881, Nr. 23, quem quidem librum in bibliotheca universitatis Erlangensis non repperi.

Nec potui inspicere Boisserii dissertationem, quae est in „Journal des savants" anni 1883.

In philologi tom. XL p. 385 L. Schiller probabiliter neque vero certis argumentis exponit Iuliani libros haud recte ‘*κατὰ Χριστιανῶν*’ inscriptos esse, quia is Christianos plerumque *Γαλιλαίους* vocasset.

Anno MDCCCLXXXIII Vratislaviae prodiit Klimekii dissertatio inauguralis, quae inscribitur: „Coniectanea in Iulianum et Cyrilli Alexandrini contra illum libros", in qua p. 22—27 coniecturas ad hos libros profert etsi plerumque dubias, tamen non spernendas neque paucas, in quas ego — nam priusquam mihi Klimekii dissertatio in manus venit, iam absolveram maximam quaestionis meae partem — non incideram.

De hoc libro Neumannus iudicavit in „Theologische Literaturzeitung“ 1883 Nr. 18. Partem Klimekii coniecturarum reicit, partem accipit, de aliis dubitat; simul nonnulla, quae in sua editione posuerat, revocat aut corrigit.

Iuliani contra Christianos libri iis potissimum, qui in Christianorum cum gentilibus certaminibus describendis versantur, minime contemnendi videntur esse, quia ex ultima gentilium contentione profecti sunt quasi ultimum nec id minimum telum, quo emisso cum victoria veritatis Christianae non posset retardari, veterum deorum cultus emoriebatur; nec minus habent momenti ad Iuliani imperatoris mores cognoscendos. Itaque mihi quoque non indigni videbantur, quibus studium impertirem; optime id ad criticam rationem revocandum esse intellexi. Quoniam enim fragmenta non pauca cum apud alios tum apud Cyrillum Alexandrinum exstant, primum ordo fragmentorum constituendus mihi videbatur, qua in re partim aliorum sententias novis argumentis firmavi, partim ab iis discessi. Deinde in singulis perlustrandis aut codicum lectiones ab aliis in dubium vocatas tuebar, aut difficultates aperire satis habebam, aut denique corrupta studebam emendare.

Numeris paginarum in ipsis fragmentis utar editionis Cyrilli Aubertinae, in singulis locis editionis Neumannianae, ut quae prima critica horum librorum editio sit. In margine autem, ut esset usus expeditior, utriusque editionis numeros adscripsi. Quae de ceteris Iuliani scriptis attuli, numeris signavi paginarum editionis Hertleinii.

In fragmentorum ordine constituendo quaerendum est, quatenus ea Cyrillus suo ordine protulerit quamque multa omiserit (cf. Neumann. p. 102 sqq.). De qua re ut certae rationes ponantur, proficiscendum est a Cyrilli ipsius testimonio. Is primum p. 38 C 6—39 A 4 (Neum. p. 102)[1]) dicit se omnia

1) *Ἐκτιθέμενοι δὲ τοὺς στίχους ἐπὶ λέξεως αὐτῆς ἀντεποίσομεν τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐν κόσμῳ τῷ δέοντι ταῖς ἐκείνου καταρρήσεσιν ἀντεπιφέρεσθαι δεῖν οὐκ ἀγεννῶς ἐγνωκότες. Ἐπειδὴ δέ, ὡς ἔφην, ἀπύλωτον οἰγνὺς τὸ στόμα πλείστην ὅσην πεποίηται τὴν συκοφαντίαν κατὰ τοῦ*

necessaria integris Iuliani verbis attulisse, omisisse calumnias in Christum factas et quaecunque animos legentium contaminarent; praeterea se res decentiore ordine disposuisse ita, ut eas *κατ᾽ εἶδος* contulerit. Illud '*κατ᾽ εἶδος*' et ita accipiendum est, ut Cyrillum similia similibus composuisse putemus, et, quoniam addit: '*οὐχ ἑκάστην πλειστάκις*' ita, ut e compluribus locis similibus unum tantum attulisse videatur. Paene eadem dicit p. 99 D 2[1]), de quo loco postea ad 99 D et 148 C uberius agam. Ibidem ad verba supra allata: '*διελόντες τοίνυν ἐν τάξει τῇ πρεπωδεστέρᾳ κτλ.*', explicanda coniecturam afferam. Haec in universum quidem dicit Cyrillus.

Praeterea de singulorum fragmentorum collocatione quid dicat, respiciendum est. Ac primum, ubi diserte ait seriem esse integram, non est, quod eam aliam fuisse suspicemur. Id si non dilucide testatur, ex sententiarum contextu exquirendum est, utrum ordo turbatus sit necne. Quia enim Cyrillus pauca admodum se praeteriisse testatur, siquidem conexus integer est, non est, cur de ordine dubitemus. Quoniam autem idem se similia similibus composuisse dicit (39 A), tum diligentissima opus erit inquisitione, si similis argumenti locis coniunctis sermonis progressus non est in promptu.

πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ καὶ παλιμφήμους ῥίπτει κατ᾽ αὐτοῦ φωνάς, τῶν μὲν τοιούτων οὐ διαμεμνήσομαι· παρελάσας δὲ καὶ μάλα ἐμφρόνως τὰ δι᾽ ὧν ἄν τις καταμιαίνοιτο κἂν εἰ μόνον ταῖς αὐτοῦ προσβάλλοι φωναῖς, τοῖς ἀναγκαίοις ἀνταναστήσομαι φιλοσκώμμονά τε καὶ εἰκαιόμυθον πανταχῇ δεικνύων αὐτὸν καὶ τοῦ δύνασθαί τι τῶν ἀληθῶν εἰπεῖν ὁλοτρόπως ἡμαρτηκότα. Ἰστέον μέντοι κἀκεῖνο· ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ λόγῳ διὰ πλείστων μὲν ὅσων ἐννοιῶν ἔρχεται ἄνω τε καὶ κάτω περιστρέφων καὶ ἀνακυκλῶν οὐ παύεται. καί, ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εὑρίσκοιτο λέγων, τοῦτο καὶ διὰ μέσου καὶ τοῖς τελευταίοις ἐντιθεὶς τοὺς τῆς ἀντιρρήσεως λόγους ἀποφήνειεν ἂν οὐκ ἐν κόσμῳ τάχα που γεγενημένους. Πᾶσα γάρ πως ἀνάγκη τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ λεγομένοις φιλονεικεῖν ᾑρημένους οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ πλειστάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἀειλογοῦντας ὁρᾶσθαι. Διελόντες τοίνυν ἐν τάξει τῇ πρεπωδεστέρᾳ τὸν παρ᾽ αὐτοῦ λόγον καὶ τὰς ἐν αὐτῷ διανοίας συνενεγκόντες κατ᾽ εἶδος οὐχ ἑκάστην πλειστάκις, ἀποχρώντως δὲ ἅπαξ καὶ ἐντέχνως ὑπαντήσομεν.

1) *Ἐκθήσομαι δὲ ἀνὰ μέρος ἕκαστα τῶν παρ᾽ αὐτοῦ πεφλυαρημένων τὰ πλεῖστα παρείς, ὅσα τῆς ἴσης ἀπήρτηται διανοίας ὡς ἐν ὀλίγῳ συνενεγκών.*

Multo maiori locus erit dubitationi, si quod fragmentum a Cyrillo per occasionem allatum est.

Denique Cyrillus non paucis locis quaedam se omisisse confitetur. Tum quae sententiae inserendae sint, quam multa desint, num quo fragmento a Cyrillo alio loco posito expleri lacuna possit, anquiri oportet.

Has rationes mihi plerumque recte Neumannus secutus esse videtur; sunt tamen loci, ubi ab eo dissentiam.

De initio primi libri cum Neumanno consentio, item quod fr.
52 BC 165, 1—13 52 BC de prima parte sumptum esse putat. Sed verba: ‘*ὅτι δὲ οὐ διδακτὸν τοῦτο κτλ.*’ vix in initio eius partis fuisse crediderim. Neumannus enim quod *τὸ εἰδέναι θεὸν* pro *τοῦτο* scripsit, sermonis contextum sibi videtur restituisse; nam primum sententiam optime in initium primae partis quadrare, deinde non posse intellegi, quidnam exciderit, denique Cyrillum praemissis verbis: ‘*Διισχυρίζεται μὲν γάρ, ὡς ἀδίδακτόν τι χρῆμα καὶ αὐτομαθὲς ἀνθρώποις τὸ εἰδέναι θεόν· φησὶ δὲ οὕτως·*’ non potuisse non *τὸ εἰδέναι θεὸν* in *τοῦτο* mutare (p. 104). Sed illud ‘non potuisse non’ vix ei quisquam concesserit, idque eo minus, quod Cyrillus se Iuliani verba *ἐπὶ λέξεως αὐτῆς* expositurum affirmat (p. 38 C 6). Quid? quod vix potuit prima pars initium a verbis a Neumanno hoc loco positis capere. Ubi enim est talis a propositione ad primum locum transitio? Cum enim Iulianus tres rationes constituerit et in tertia diutius versatus sit ita, ut legentium animi certe a prima detrahantur, transitu aliquo opus est. Denique vix potuit fieri, ut Iulianus ea verba, quibus nova sententia toti primo loco subiecta comprehenditur, dico *τὸ εἰδέναι θεόν*, eo loco poneret, quo adeo non audirentur. Itaque hanc fere censeo excidisse sententiam: *Πρῶτον μὲν οὖν ῥητέον ἐστὶ περὶ τοῦ εἰδέναι θεόν*, vel . . . *ὅθεν ἄνθρωποι θεὸν ἴσασιν.*

69 B—D 165, 13 — 166, 13 Quod apud Neumannum sequitur fr. 69 B—D, exemplo est eius, quod paulo ante (p. superiore) exposui, Cyrillum ea, quae similis argumenti sunt, simul tractavisse. Nam et in fragmento apud Cyrillum praecedente (65 A — 66 A) et in hoc de caelo agitur, sed illic, ut caelum aliorum opus esse atque terram, hic, ut caeli contemplationem initium dei cognitionis fuisse demonstretur. Praeter haec nullum exstat fragmentum, quod e prima parte sumptum esse veri simile sit. Sed sitne tota haec pars

servata, mihi quidem non constat. Si enim, quae in ea dixit Iulianus, crimina in Christianos non continebant, non erat causa, cur Cyrillus ea afferret. Atqui Iulianus in oratione VII p. 271, 14. 15 dei cognitionem a lege hominum pectori inscripta ducit, isque locus etiam verbis quibusdam cum hoc consentit: cf. or. 7, 271, 15. 16 *ὑφ' ὧν πάντες ἀδιδάκτως εἶναι θεῖόν τι πεπείσμεθα* cum c. Chr. 165, 4. 5 *ἅπαντες γὰρ ἀδιδάκτως θεῖόν τι πεπιστεύκαμεν.* Nonne eodem argumento in hoc libro uti potuit? Certe Cyrillus id, si noluit impugnare, non debuit proferre. Sed hoc in dubio manebit.

Illud autem mihi certum videtur, fr. 69 D non statim exceptum esse fragmento 44 AB. Quamquam enim, ut Neumannus recte cognovit, sententia hoc fragmento expressa idonea est, quae novi loci faciat initium, quod paulo infra (ad 96 C—E) alia quoque de causa veri simile esse demonstrabo, tamen inter praecedentia et haec aliquid interpositum fuisse existimo. Nec enim aliter quisquam potest intellegere, quid sibi velit prima pars. Equidem puto dixisse Iulianum ex hac prima dei cognitione varias singularum gentium opiniones easque fabulosas fluxisse. Ea enim mente, nisi fallor, primam partem praemisit, ut Iudaeorum opinionem non de alio fonte manasse demonstraret ac Graecorum. 44 AB 167, 1—8

Iam quod sequitur *οὐκοῦν* fortasse conclusivam vim habet. Sed praeferam Neumanni sententiam, qui eam particulam ad rem confirmandam adhibitam putat. Quae sententia ex eius particulae usu subtilius definienda est. Conferamus locos hos: or. 1, 27, 20: Iulianus, cum dixisset se ut veri amicum etiam barbarorum memoraturum victorias, (18) *Δείξει δέ,* inquit, *ὁ λόγος αὐτός, εἰ μηδαμοῦ τὸ ψεῦδος πρὸ τῆς ἀληθείας τετίμηκεν. Οὐκοῦν εὖ οἶδα, ὅτι πάντες ἂν μέγιστον φήσειαν πλεονέκτημα τὸν πρὸ τῶν Σιγγάρων πόλεμον. Ἐγὼ δὲ ἐκείνην τὴν μάχην ἴσα μὲν ἐνεγκεῖν τοῖς στρατοπέδοις τὰ δυστυχήματα, δεῖξαι δὲ τὴν σὴν ἀρετὴν περιγενομένην τῆς ἐκείνων τύχης φαίην ἂν εἰκότως* . . . or. 2, 91, 10: Hectoris mentionem fecit murum Achaeorum escendentis; tum (6): *Πότερον οὖν ὡς οὐκ ἔχοντες τηλικοῦτον ἔργον βασιλέως εὐλαβησόμεθα τὸν ἀγῶνα . . ., ἢ τολμήσομεν καὶ πρὸς τηλικοῦτον ἔργον ἁμιλλᾶσθαι; Οὐκοῦν ἐκεῖνο μὲν ἦν τὸ τεῖχος ὑπὲρ τῆς ἠόνος ἐν οὐδὲ ὅλῳ τῷ πρὸ μεσημβρίας χρόνῳ συντελεσθέν, ὁποίους ἡμῖν τοὺς χάρακας ἔννομον κατασκευάζεσθαι· τὸ δὲ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων τεῖχος πα-*

λαιόν τε ἦν φρούριον ... ib. 96, 15: (6) *Ἀλλ' ὅπως μὴ* ... *ἔλαττον ἔχειν ὑπολαμβάνητε βασιλέα περὶ τὰ σεμνότερα καὶ ὧν ἄξιον μείζονα ποιεῖσθαι λόγον, δημηγοριῶν φημι καὶ ξυμβουλιῶν καὶ ὁπόσα γνώμη μετὰ νοῦ καὶ φρονήσεως κατευθύνει, ἀθρεῖτε ἐν Ὀδυσσεῖ καὶ Νέστορι τοῖς ἐπαινουμένοις κατὰ τὴν ποίησιν, καὶ ἥν τι μεῖον ἐν βασιλεῖ καταμανθάνητε τοῖς ἐπαινέταις τοῦτο λογίζεσθε, πλέον δὲ ἔχοντα δικαίως* (*ἂν*) *αὐτὸν μᾶλλον ἀποδεχοίμεθα. Οὐκοῦν ὁ μὲν* (obtrectat Ulixis et Nestoris facundiae et Constantii eloquentiam cum illa comparat). ib. 120, 1: (119, 27) *Πειράσομαι, πῇ ποτε διαφέρετον ἀλλήλων ὅ τε ἡμέτερος καὶ ὁ τῶν σοφῶν ῥητόρων ἔπαινος, δεῖξαι. Οὐκοῦν οἱ μὲν τὸ προγόνων γενέσθαι δυναστῶν καὶ βασιλέων θαυμάζουσι μάλα* . . . (4) *τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις οὔτε ἐνενόησαν οὔτε ἐσκέψαντο.* or. 6, 237, 9: (7) *Ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἀπὸ τοῦ γνῶθι σαυτόν, ἐπεὶ καὶ θεῖόν ἐστι τοῦτο τὸ παρακέλευσμα. Οὐκοῦν ὁ γιγνώσκων αὐτὸν εἴσεται μὲν περὶ ψυχῆς, εἴσεται δὲ καὶ περὶ σώματος.*

His exemplis satis ostendisse mihi videor particulam *οὐκοῦν* a Iuliano adhiberi in transitu a propositione ad expositionem. Itaque ei quoque de quo agimus loco antecessisse propositio, et quidem talis fere, qualem supra suspicatus sum, videtur. Praeterea animadvertendum est in plerisque quos attuli locis ut in hoc induci comparationem.

75 A — 94 A 167, 8 — 169, 11 Quod Neumannus deinceps dicit (p. 106), fragm. 44 AB fragmentis a Cyrillo p. 75 A usque ad 94 A allatis, quae ipse inter se coniuncta fuisse testatur, exceptum fuisse, plane probo.

96 C — E 169, 12 — 170, 11 Item ei de collocatione fragmenti 96 C—E assentior. Sed argumento ab eo allato addo alterum e contextu sententiarum ductum, quo non opus esset, nisi eo confirmaretur Neumannum fr. 44 AB et quae sequuntur in initio alterius partis recte posuisse. In fr. 44 A — 94 A Iulianus loquitur de fabulis, quibus verae sententiae velentur (cf. p. 169, 4. 5 N.); his opponit ea, quae vere a Iudaeis et Graecis credantur.

49 A — 66 A 170, 12 — 175, 20 Fragmentis 96 C—E comprehenduntur ea, quae apud Neumannum sequuntur usque ad 66 A. Itaque non dubium, quin etiam hic Neumanni dispositio recte se habeat. Nam fr. 52 BC, quod Cyrillus per occasionem affert, eum recte in initio primae partis collocasse iam supra (p. 6) ostendimus. Praeterea 57 B—D sensu bene cum 49 A—E cohaeret. Sed dubium, fr. 57 E — 58 D an id, quod apud Cyrillum praecedit, non exceperit.

E verbis: 'ἓν δὲ ἑνὶ παραβάλωμεν μόνον' apparet aut omnino nullam comparationem antecessisse aut generalem. Cum autem frr. 49 A—E et 57 B—D generalem comparationem contineant, fr. 49 A—E autem haud dubie totius inter Platonem et Mosem collationis initium sit, certe id de quo agimus fragmentum post 57 B—D ponendum est. Sed fortasse lacuna est inter haec fragmenta. Suspiceris Iulianum ut antea (171, 14 N) Mosis verbis sic etiam Platonicis expositionem addidisse, quod etiam 174, 8 fecit. Sed primum vix credideris Cyrillum eam plane omisisse, deinde Iulianus ipsis verbis: 'ἓν δὲ ἑνὶ παραβάλωμεν μόνον' significare videtur se in antecedentibus Platonis verbis diutius versari nolle.

Fragmento 65 A — 66 A Platonis verba, quae modo allata sunt, explicantur. Hoc sequitur apud Cyrillum fr. 69 B—D, quod recte Neumannus alio loco posuit (v. p. 4), idque excipitur fragmento 75 AB, quod haud dubie cum frr. 86 A — 95 A con- 75 AB 167, 8—168, 2
iunctum fuit (v. p. 6). At inducitur a Cyrillo 74 B 1 — 8 his verbis: *Καὶ τὴν Πλάτωνος δημηγορίαν . . . κατατέθηπεν οὐ μετρίως. Προστιθεὶς δὲ ὡς ἁμαρτίας ἐφ᾽ ἁμαρτίαις ἵεται δὴ πάλιν ἐπὶ τὴν Μωσέως συγγραφὴν καὶ ἐπ᾽ αὐτὴν καταθήγει τὸ στόμα . . .* Inde suspiceris fr. 75 AB ad Iuliani de Platonica *δημηγορίᾳ* disputationem, ergo ad fr. 66 A adiungendum esse. Verba enim *ἵεται δὴ πάλιν ἐπὶ τὴν Μωσέως συγγραφὴν* significare videntur Iulianum a Platonica *δημηγορίᾳ* ad hanc aliam materiam transiisse. Sed obstat conexus sententiarum. Nam quae ex Platone attulit, iam opposuit Mosaicis; mirum igitur esset, si rursus Mosaica opponeret. Nec fragmenti 75 AB argumentum id est, ut cum eis, quae de Platone dixit, comparari possit. Itaque verbis Cyrilli non eum, quem dixi, sensum subicere debemus. *Πάλιν* enim hic nihil aliud significat quam 'alio loco', quam vim saepissime apud Cyrillum habet in eis, quae singulis fragmentis praemittit (cf. 69 A 9. 106 A 7. 115 D 1).

Sed iure quaerimus, cur Cyrillus fragmentorum ordinem adeo mutaverit. Equidem existimo eum se ad sacram scripturam applicasse. Nam fr. 49 A—E respicit ad Gen. 1, 1—17, fr. 52 BC per occasionem affertur, fr. 57 B—D. 57 E — 58 D. 65 A — 66 A Platonica in comparationem vocantur, fr. 69 B—C propter argumenti similitudinem affertur, fr. 75 AB. 86 A. 89 A B. 93 D — 94 A pertinent ad Gen. cap. 2 et 3. In fr. 96 C—E Iuliani ordinem secutus est.

Nunc demum intellegimus, quod Cyrillus p. 38 E 11—39 A 3 dicit: *διελόντες τοίνυν ἐν τάξει τῇ* (*τινι* N) *πρεπωδεστέρᾳ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον καὶ τὰς ἐν αὐτῷ διανοίας συνενεγκόντες κατ' εἶδος, οὐχ ἑκάστην πλειστάκις, ἀποχρώντως δὲ ἅπαξ καὶ ἐντέχνως ὑπαντήσομεν.* Cyrillus Iuliani crimina, ut facilius refutaret, ita disposuit, ut aut similia similibus componeret (65 A — 66 A et 69 B—D) aut sacram scripturam sequeretur.

De insequentibus, quibus Iulianus demonstrare vult Mosem non pronuntiasse deum totius mundi creatorem, Cyrillus 99 C 2 — D 5 dicit haec: *Πειρᾶται δεικνύειν ἕνα τινὰ τῶν πολλῶν … θεῶν χρῆναί τε ὑπάρχειν καὶ λέγεσθαι τὸν διὰ τοῦ Μωσέως γραμμάτων κεκηρυγμένον θεόν … εἶτά τινας ἀλλοκότους καὶ μειρακιώδεις ἑαυτῷ συντιθεὶς ἐννοίας ἀποχρῶσαν οἴεται ποιήσασθαι τὴν ἀπόδειξιν. Ἐκθήσομαι δὲ ἀνὰ μέρος ἕκαστα τῶν παρ' αὐτοῦ πεφλυαρημένων τὰ πλεῖστα παρείς, ὅσα τῆς ἴσης ἀπήρτηται διανοίας ὡς ἐν ὀλίγοις συνενεγκών· ἔφη τοίνυν.* Sequitur fr. 99 D — 100 B. De his verbis quid sentiendum sit, postea exponam. Nunc id certum videtur, quibuscunque locis Cyrillus nihil de conexu dicit, esse, cur de ordine dubitemus.

99 D — 100 B 175, 21 — 177, 6 Verbis *οὐκοῦν* — *φαίνεται* (99 D) Iulianus ea comprehendit, quae fr. 49 A — 66 A (p. 170—175 N) exposuit. Itaque series sententiarum docet fr. 99 D — 100 B hoc loco ponendum esse. Post hoc fragmentum lacuna est, ut ipse Cyrillus dicit: *συνείρει δὲ τούτοις καὶ ἑτέρας χρήσεις ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων συνειλεγμένας ἐμπεδοῦν ἐπιχειρῶν, ὅτι δὴ μόνου τοῦ Ἰσραὴλ ὠνόμασται θεὸς καὶ κλῆρος ἰδικὸς αὐτῷ τὸ ἐξ Ἀβραὰμ νενέμηται γένος. Εἶτα τῶν ἑαυτοῦ λόγων ποιεῖται συμπέρασμα*
100 C 178, 14 — 179, 2 *τὸ ὅτι προσήκει* . . . (sequitur fr. 100 C). Neumannus igitur fr. 100 C in lacuna in p. 106 D 9 a Cyrillo indicata ponit. Nam etiam in fr. 106 A—D usque ad eam lacunam eadem ex locis sacrae scripturae argumentatio continuatur. At offensioni est, quod eum locum alia sequuntur similis argumenti. Quamquam iure conferas fr. 93 D — 94 A, ubi similia *συμπεράσματα* (cf. Cyr. 93 D 3) insunt (p. 168, 15 et 169, 4 N), quibus rursus causae adduntur.

Sed cum eo de quo agimus fragmento etiam ea comprehendantur, quae post lacunam sunt p. 106 DE, nihil obstat, quin id post 106 E transferamus. Quod ea re commendari videtur, quod tota disputatio aptum finem habet, contra sententia in fine fragmenti 106 DE agglutinata: *θεὸς ζηλωτής κτλ.* minime

apta est ad quaestionem absolvendam. Sed post 106 E alia quoque excidisse paulo infra ostendere conabor.

Quanta autem fuerit lacuna in 106 D, vix possumus discernere. Fortasse inerat sententia similis ei, quam Cyrillus p. 111 C 8 affert: *ἀνθ' ὅτου, λέγων, οὐχὶ δὴ μᾶλλον τοῖς ἔθνεσι πέπομφεν αὐτὸν ὁ πατὴρ σωτῆρα καὶ λυτρωτήν;* vel quam idem p. 109 C 7 *ἀνθ' ὅτου, λέγει, τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὁ Ἰσραὴλ προεισβέβηκεν;* Qualis certe huic loco apta esset. Sed fortasse Cyrillus ea verba Iuliano tribuens nihil nisi p. 178, 5 sqq. spectavit. Quam libere enim saepe Cyrillus in refutatione Iuliani verba afferat, alio loco (p. 23) pluribus exemplis illustrabo.

Tertius est modus fragmentum 100 C collocandi. Ex Cyrilli enim verbis, quae supra attuli, consequi videtur hoc fragmentum post eam lacunam ponendum esse, quae est p. 100 B. Nec non potuit fieri, ut Iulianus mediae argumentationi clausulam insereret, praesertim cum etiam p. 176, 13 sq. Pauli verba a ceteris secerneret. Itaque illud *ἀλλὰ* in initio fragmenti 106 A respondere videtur illi *ἀλλὰ* quod est p. 176, 13.

Sed hic nobis alia occurrit difficultas. Nonne mirum, quod Iulianus, qui p. 176, 13 argumentis e Pauli scriptis petitis plurimum ponderis tribuat eaque se allaturum dicat (*ἐπιδείξω* 176, 13), nullum locum Paulinum affert ad ea, quae vult, demonstranda? Itaque in ea lacuna etiam Pauli verba fuisse satis est veri simile. Quamquam si Pauli verba antecedunt, pro *ἀλλὰ* in initio sequentis fragmenti *οὖν* exspectes.

Aliud respiciendum est: dicit Iulianus in fr. 100 C *συνεστάλθαι δέ, ὡς ἔφην.* Illud *ὡς ἔφην* si ad vocabulum *συστέλλεσθαι* referendum est, statuendum erit Iulianum eo in praecedente lacuna vel alio loco usum esse; sin ad sententiam, saepe antea similia dicta esse (176, 10. 168, 5 sqq. 171, 22 sq.) reputandum est.

Equidem satis habui difficultates aperuisse; solvant alii.

Fragmentum 106 DE apud Cyrillum excipitur fragmento 115 D — 116 B 179, 7 — 180, 17
115 D — 116 B. Non dicit hoc cum praecedente coniunctum fuisse. Sed e verbis in initio positis et ex argumento consequitur id praecedenti oppositum esse. Neque vero dici potest nihil omnino omissum esse, praesertim cum sententia, quae priorem disputationem claudit, minime sit explicata. Et facile, cur Cyrillus quaedam omiserit, intellegemus respicientes, quae Cyril-

lus p. 99 D 2 (vide huius diss. p. 10) dicit. Nam etiam p. 189, 6 de eodem sacrae scripturae loco agitur.

131 B — 138 D Insequentia usque ad p. 138 D Cyrillus testatur et inter se
180, 17 — 184, 21 et cum 116 B cohaerere. Haec secutum esse 141 CD sententia-
141 C — 148 C 184, 22 — rum conexus demonstrat; nam priori disputationi clausula impo-
188, 5 sita est et sequentia aperte ad priora relata sunt. Nec in ceteris usque ad 148 C turbatam seriem esse orationis nexu docemur.

Neque post 148 C lacuna statuenda videtur. Nam cum illa de opifice mundi disputatio absoluta esse videatur, alius argumenti verba omissa forent; quae non refutasse Cyrillum vix credemus.

Vidimus Cyrillum inde a fr. 99 D non ita multa omisisse et in paucis ordinem mutasse. Quo igitur sensu ea quae supra (p. 3) attuli verba Cyrilli accipienda sunt? Nam ea ad frr. 99 D usque ad 148 C pertinent. *Ἀνὰ μέρος ἕκαστα* non significat Cyrillum omnia integro ordine allaturum esse, sed pro sua quaeque parte et suo loco, quo pro tempore et re afferre optimum sit; unde non necessario consequitur nihil omnino omissum esse. Itaque non prorsus repugnant verba *τὰ πλεῖστα παρείς*, unde pendet: *τῶν παρ' αὐτοῦ πεφλυαρημένων*, sed superlationem quandam habent — pauca enim Cyrillus omisit —, qua fortasse de industria usus est; nam *ἀνὰ μέρος ἕκαστα* et *τὰ πλεῖστα παρείς* in uno enuntiato coniuncta maxime sunt idonea, quibus Iuliani verba minimi esse momenti declarentur. Quod autem dicit: *ὅσα τῆς ἴσης ἀπήρτηται διανοίας ὡς ἐν ὀλίγοις συνενεγκών*, semel ea ratione videtur usus esse; vid. quae supra dixi ad 115 D — 116 B.

In reliqua primi libri parte perraro series fragmentorum mutata esse nec multa praeter ea, quorum argumenta Cyrillus adumbrat, mihi videntur excidisse; certe nexus sententiarum supplementum nullum requirit. Sed tamen quibus locis Cyrillus de contextu tacet, non possumus demonstrare nihil deesse.

160 B In Cyrilli de Iuliano verbis p. 160 B Neumannus non recte,
190, 3—5 ut videtur, post *προσκεχωρήκαμεν* omisit verba: *καὶ ὅτι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα θεὸν ἐγνώκαμεν, καίτοι Μωσέως μεῖον, φησίν, ἢ χρῆν ὑμνήσαντος τὰ περὶ θεοῦ.* Ex illo *φησίν* quamquam non necessarium est ut concludamus Cyrillum ipsa Iuliani verba afferre (v. ad p. 169, 14—16 N, huius dissertationis p. 23), tamen veri simillimum est; certe non fuit causa, cur Neu-

mannus haec verba omitteret. Mire similia sunt, quae in Caesaribus p. 417, 18—19 Iulianus dicit: καίπερ οὐκ ἀξίως ὑπὸ τῶν συγγραφέων ὑμνηθέντων.

Ante 168 B et 171 D fortasse quaedam desunt. Quin id 168 A 237, 21. 22
mihi veri simile videtur comparanti, quae Iulianus 172 A (192, 14 N) dicit: ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα περὶ θεοῦ ἕτερα πεποίηται λέγων ὁ Μωσῆς οὐκ ὀλιγαχοῦ τῆς γραφῆς, cum eis, quae Cyrillus p. 168 A: καταψευδόμενος γὰρ πανταχοῦ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ποτὲ μέν φησι τὸν ἱεροφάντην Μωσέα δημαγωγοῦντα μᾶλλον ἢ ἀληθεύοντα (cf. 146 A = 186, 19 sqq. N) τοὺς περὶ θεοῦ ποιήσασθαι λόγους οὔτε ἔχοντας ὀρθῶς οὔτε μὴν ἐοικότας αὐτῷ γεγονότας, ποτὲ δὲ τὸν Ἔσδραν ἀπὸ γνώμης ἰδίας προσεπενεγκεῖν τινα διατείνεται (cf. 237, 21 N). Neumannus ea, quae Iulianus de Esdra dixit, iure inter dubii loci fragmenta posuit. Sed illud πεποίηται λέγων mihi argumento est, ea iam ante 172 A dicta esse. Nec tamen ea inter 161 B et 168 B excidisse puto, quia αὐτὸν (168 B = 191, 15) non ad Mosem spectasse e Cyrilli refutatione apparet (168 C 3 εἶτα πῶς οὐ δέδιεν . . . τὸν ἐπὶ πάντας θεὸν ἀντιπαρεξάγων ἀνθρώποις κατὰ σύγκρισιν, sed fortasse ante 171 D. Nam cum Iulianus 192, 10 = 172 A 1 idem Mosis esse neget, quod ei paulo ante (190, 7 = 160 D 5) tribuit, inter hos duo locos verba quaedam excidisse necesse est, quibus Iulianus sententiam suam apertius expresserit. Fortasse hic etiam ea fuerunt, de quibus Cyr. p. 170 C: Σόλων καὶ Λυκοῦργος, οὓς δὴ καὶ ἐκκρίτους νομοθετῶν γενέσθαι φησίν.

176 C si consideramus Iulianum ante de sapientibus ex- 176 C 193, 11—14
posuisse, ea autem, quorum argumentum Cyrillus affert, de ducibus esse, excidisse quaedam videntur, quibus Iulianus a sapientibus ad duces transierat. Ea autem, de quibus Cyrillus dicit, quam ampla fuerint, frustra quaerimus.

191 DE. De huius fragmenti collocatione a Neumanno dis- 191 DE 199, 1—6
sentio. Cyrillus enim p. 191 D 4 (195, 13) post συμβασιλεῦσαι τῷ Διί addit: καὶ ἕτερα ἄττα λήρου καὶ βαττολογίας ἔμπλεω. Διαμνημονεύσας μεταξὺ καὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ αἴρει πάλιν εἰς ὕψος τῆς ἀπονοίας τὸ κέρας καί φησι περὶ αὐτοῦ. Sequitur id fr., de quo agimus. E Cyrilli verbis consequi videtur id fragmentum iis, quae ante de Dardano dicta sunt, adiunctum fuisse. Quod negat Neumannus (p. 114). Cyrillum enim p. 193 B 5 dicere: Ἀποπεράνας δὲ κατὰ τὸ αὐτῷ

δοκοῦν τὸ κενὸν ἐπὶ Δαρδάνῳ ῥαψῴδημα μέτεισιν εὐθὺς ἐπὶ τὴν Αἰνείου φυγήν; ergo inter narrationes de Dardano et de Aenea nihil fuisse aliud interpositum. Ponit autem id quod tractamus fragmentum post fr. 201 E — 202 A; neque enim ibi contextum sententiarum esse in promptu et *πεποίηται* fr. 205 E (p. 199, 7) sine dubio ad Iesum pertinere; praeterea aptissime Iulianum Christianorum accusationis exordium sumere a Christo; denique huius fragmenti sententiam oppositam esse iis, quae ante (200 AB) de Aesculapio dicta sint. At ego fragmento 191 DE hoc loco posito sermonis contextum interrumpi dico. Accusavit enim Iulianus Christianos, quod deterrima e Iudaeorum institutis traxerint. Quo autem pacto inde ad ea, quae fr. 191 DE continet, transire potuerit, non intellego. At potuitne Iulianus ea de quibus agimus verba eo loco ponere, quo Cyrillus ea affert? Facillime quidem. Quod enim de Dardano et de Aenea narrationes inter se coniunctas fuisse Cyrillus testatur, illam hoc fragmento interruptam fuisse veri simile est. Quod confirmatur vocibus Cyrilli *διαμνημονεύσας* et *μεταξύ*. Sed quonam pertinuit illa digressio? Id Iulianum Dardano cum Christo commune esse putasse crediderim, quod is Iovis et humanae mulieris filius fuisse traditur. Comparationum enim quam amans fuerit Iulianus, e ceteris eius scriptis, maxime e prima et secunda oratione apparet. Hanc collationem Cyrillus quoque respicere videtur, cum in fine refutationis huius loci (p. 193 A 4) cum potentia Christi mortuos e sepulcris educendi deorum gentium in eadem re imbecillitatem confert.

197 C 196, 16. 17 Ante fr. 197 C fortasse quaedam desunt nec discernere e Cyrilli verbis possumus, sitne illud *γάρ*, quod post *παρίημι* legimus, a Iuliano an a Cyrillo additum. Sed ipsa verba *παρίημι* usque ad *Μάρκον* nimia brevitate nos offendunt; itaque Iulianus hanc rem latius exposuisse putandus est.

205 E — 206 B 199, 6—200, 4 Fr. 205 E — 206 B Neumannus negat nisi interposito fr. 100 C cum antecedentibus facile coniungi posse. Cyrillus huic fragmento haec praemittit: *Προσεπάγει δὲ τούτοις ὁ σοφὸς Ἰουλιανὸς ἕτερα ἄττα τῆς Χριστιανῶν θρησκείας καταγορεύων πανταχοῦ. Γράφει δὲ ὧδε.* Illa *ἕτερα ἄττα* quaerendum est utrum eadem sint atque quae sequuntur necne. Similes respicientibus locos illud veri similius videtur (85 E. 131 B. 184 B. 199 E. 221 E. 194 B?). Nec turbatus sententiarum contextus est: dixit Iulianus Christianos e Iudaeorum vita deterrima quaeque

ascivisse, repudiasse meliora et puriora (i. e. *τὰς ἁγιστείας* cf. 198, 16). '*Ἁγνείαν* enim (i. e. puriora) ne memorari quidem apud eos, contra eos iracundiam et odium (i. e. deteriora) Iudaeorum aemulari. Tamen pauca fortasse interciderunt, quia *πεποίηται* (199, 7) non habet quo referatur.

Ad fr. 213 A—C respiciendum est, quod Cyrillus p. 215 A 1 213 A—C 201, 6—202, 1
dicit: *Ἀλλὰ γὰρ ἀνθ' ὅτου, φησί, τοῖς ἐπιγείου βασιλείας θάκοις ἐνιδρυμένος μήτε* (*μηδὲ*?) *μὴν τοῖς ἄγαν ὑψοῦ καὶ ὑπερτάτοις αὐχήμασιν ἐμπρεπὴς ὤφθη τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς;* Sed cum saepe Cyrillus in refutatione Iuliani verba mutet, ea tantum videtur spectare, quae Iulianus 201, 13 — 202, 1 dixit. Quod confirmatur eis, quibus Cyrillus utitur ad refellenda ea, quae Iuliano tribuit, p. 215 B: *Ἐπειδὴ δὲ ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς αὐτοκρατῆ τὸν ἄνθρωπον εἶναι βούλεται . . ., ταύτῃ τοι καὶ μάλα ὀρθῶς ἔχειν εὖ ἐδόκει τῷ πάντων σωτῆρι Χριστῷ πειθοῖ μᾶλλον καὶ οὐκ ἀνάγκης ἐπηρτημένης ἀπαλλάττεσθαι μὲν τῶν αἰσχρῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον τὰ ἀμείνω καὶ τὰ δι' ὧν εἰκὸς ἀποτελεῖσθαι βελτίους.* Videmus ei *ὀφθῆναι ἐμπρεπῆ* maxime ad potestatem meliores faciendi voluntatesque ad bonum traducendi pertinere, ergo nihil aliud significare nisi Iuliani verba (201, 18 — 202, 1), '*οὐκ ἠδύνατο . . . μεταστῆσαι.*' Denique ea verba Cyrilli esse demonstratur his locis collatis: 3 B 8. 259 E 6. 260 B 6.

218 A—C cum 213 A—C coniunctum fuisse eo probatur, 218 A—C 202, 1—15
quod verbis *ταῦτα μὲν οὖν καὶ μικρὸν ὕστερον* (218 A = 202, 1) revocantur verba *μικρὸν ὕστερον ἀποδείξω* (213 A = 201, 7. 8).

Dubium est, quo loco ea Iulianus dixerit, de quibus Cyril- 250 B 238, 10—13
lus p. 250 B: *Τεύξεσθαι δὲ προσδοκῶσι καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐν Χριστῷ· ὃ δὴ μάλιστα διαγελᾷ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς ὥσπερ οὐκ ἐνὸν τῷ πάντα ἰσχύοντι θεῷ καὶ θανάτου κρείττονα ἀποφῆναι τὸν λόγῳ φθορᾶς ὑποκείμενον κατ' ἰδίαν φύσιν.* Neumannus hoc fr. e tertio libro sumptum existimare idque referre ad 1 Thess. 4, 13 (p. 136 et 238) paulo licentius mihi videtur. Nam etiam aliis permultis sacrae scripturae locis de resurrectione mortuorum mentio fit. Equidem haud scio an hic locus cum iis cohaeserit, quae apud Cyrillum praecedunt. Conexus enim restitutus erit, si talem sententiam inter 249 D et hunc locum interposuerimus: Sperant enim se a morte resurrecturos. Eodem modo apud Cyrillum sententiae cohaerent.

253 A—E 210, 10 — 212, 10 Fr. 253 A—E Iulianus demonstraturus est Christianos a Mosis et prophetarum scriptis dissentire. Primum de Mose dicturus tria demonstrare conatur: Mosem uni deo honorem tribui velle, nosse autem plures ei subiectos, parem non nosse. Quorum tertium primo loco tractat (211, 5 — 213, 4), primum secundo (213, 4 — 214, 25), secundum postremo (215, 1 — 216, 15). Magis autem est mirum, quod de Mose disputationem illa quae de prophetis est disputatio interrumpit (214, 5—25). Nec tamen potest series mutari, quia illa de prophetis quaestio apud Cyrillum cum prioribus cohaeret nec potest salvo sensu secerni. Itaque Iulianus, quae secundum dispositionem altero loco tractanda erant, in primum inclusit. Inde efficitur ne in ceteris quidem haerendum esse, si dispositio turbata erit.

Velut in fr. 305 B — 306 B (p. 219, 3—13) et in frr. 343 CD et 346 E — 347 C Iulianus ea, quae Christiani de sacrificiis sentirent, refutare conatur, qui loci coniungendi erant. Neque tamen salvo sermonis contextu fragmentorum ordo mutari poterit.

351 D 233, 5—7 Aliam difficultatem praebet fr. 351 D. Cyrillus enim post fr. 351 A — C dicit haec: *Αἰτιᾶται δὲ πρὸς τούτοις ὡς μήτε σαββατίζοντας μήτε μὴν Ἰουδαϊκῶς καταθύοντας τὸν ἀμνόν, μήτε μὴν ἄρτους ἀζύμους ἐσθίοντας ἐπ᾽ αὐτῷ καί φησιν, ὅτι πρόφασις ὑμῖν . . . τῶν Ἱεροσολύμων. Καὶ ταυτὶ μὲν ἅπαντα διὰ μακρῶν εἴρηται λόγων. Συνενεγκόντες δὲ ἡμεῖς τὰς τῶν εἰρημένων ἐννοίας περιττῆς καὶ ἀνοήτου στενολεσχίας τὸν λόγον ἀπαλλάξομεν. Δεῖ δὲ οἶμαι πρὸς ἕκαστα τῶν παρ᾽ αὐτοῦ ψυχρολογουμένων τὸ ἀληθὲς ἀντεξάγοντας, εἰκῆ κατασκώπτοντα τὰ Χριστιανῶν ἀποφῆναι πάλιν.* Inde consequitur Iulianum multis verbis de Christianorum contemptione sabbati et paschae dixisse. Neumannus p. 122 suspicatur ex hac disputatione servata esse, quae de pascha dixisset (354 A—C), quod mihi non videtur esse veri simile, quia verbis ‘*πρόφασις . . . Ἱεροσολύμων*’, quae ex hac parte videntur sumpta esse, vix esset locus. Itaque longiorem etiam de pascha praecessisse disputationem puto, nec mirum, quod fragmento sequente ad idem revertitur. Namque Cyrillus ipse p. 38 E 1—8 dicit Iulianum saepe eadem dicere, quod confirmatur collato fragmento 305 B — 306 B cum fr. 343 CD et fr. 106 DE (p. 179, 4—6) cum fr. 155 C—E (p. 189, 5—19).

353 A P. 353 A 4 Cyrillus dicit: *Εἰκαῖον οὖν ἄρα τὸ περιτέμνε-*

σθαι σαρκικῶν ἕνεκα ῥύπων, καθά φησιν αὐτός. Verum est Cyrilli verba non necessario ad similia Iuliani verba referenda esse cf. infra p. 23. Ubi autem talis argumenti locum apud Iulianum deprehendimus? Neque enim in eis, ad quae Neumannus haec verba refert (351 A = 229, 4. 5: τὴν κατὰ σάρκα περιτομὴν ὁ θεὸς λέγεται δοῦναι εἰς διαθήκην καὶ εἰς σημεῖον τῷ Ἀβραάμ) necessario talis sententia inest. Itaque Cyrillus ea ex alio loco traxit. E Cyrilli verbis veri simillimum est ea verba fuisse in lacuna, quae in fr. 351 A—D est. Nec obstat sententiarum contextus. Fortasse enim Iulianus e Gen. 17, 11 idem effecit, quod Neumannus Cyrillum e Iuliani 229, 4. 5 tacite efficientem facit, circumcisionem non σαρκικῶν ἕνεκα ῥύπων, sed εἰς διαθήκην καὶ εἰς σημεῖον datam esse, unde potuit concludere eam etiam in Christianis valere.

Fr. 351 D Neumannus sine certa causa post 361 D posuit 324 CD 233, 7. 8.
(p. 233, 5) addiditque ea, de quibus Cyrillus p. 324 CD: καίτοι ... πόλει, hoc quidem speciose nec tamen, ut videtur, recte. Nam quod Cyrillus ait Iulianum de Iudaeis locutum esse (p. 324 C), non sine magna causa neglegendum est, eoque minus, quod Iulianus p. 219, 14. 15 affirmat se tale quidpiam dixisse, cum vellet ostendere Iudaeos cum ethnicis consentire, h. e. in lacuna, quae est p. 216, 14 — 217, 14. Ibi fortasse hoc fragm. collocandum est.

Iam finem libri primi faciunt ea Iuliani verba, quibus de deorum in se benevolentia locutus est, quod idem fecit in fine convivii (p. 432, 1—6 H).

Transeo ad alterum librum, quo Iulianum de evangeliis egisse Neumannus probabiliter ostendit. Fragmenta Iuliani iis numeris signabo, quibus Neumannus p. 126—137, Cyrilli iis, quibus Neumannus p. 64—87 usus est.

De huius libri dispositione nihil certi potui constituere. Ne id quidem diiudicari potest, sitne Iulianus rerum ordinem in evangeliis observatum secutus an aliis e rationibus profectus materiam disposuerit. Saepe enim brevi intervallo de verbis sacrae scripturae loco diversissimis videtur egisse. Nec quas Cyrillus rationes secutus sit, novimus.

Primis quae nobis tradita sunt fragmentis de Christi genere II, 1—4. 6.
et natu disseruisse videtur, tum de rebus, quae in primis evangeliorum capitibus referuntur. Sed in primis alterius decadis Cyrilli libris saepe ea memorantur, quae evangelistae in extre-

II, 7. 9–12 mis capitibus narrant (7. 9. 10. 11. 12). Neumannus igitur putat (p. 128 in fr. 6) Iulianum servato rerum ordine de rebus, quas Christus et gessit et passus est, egisse. Itaque etiam ea, quae Theodorus Mopsuestenus p. 18, 17 Fr. tradit, inter prima fragmenta collocat (fr. 8). Eadem de causa, ut puto, Cyrilli fr. 32 (p. 78) non libro XIX secundum codices, sed libro XVI assignavit, quod non mihi videtur satis magnam habere probabilitatem.

De miraculis Christi Iulianus non multa videtur disseruisse, cum in nullo Cyrilli ex libris XI—XIX fragmento eius rei mentio fiat.

II, 2 Fr. 2 (p. 127). Ex Cyrilli fr. 3 (p. 64) puto concludi posse dixisse Iulianum artem e stellis vaticinandi in sacra scriptura probari (cf. p. 65, 7—15 N). Quod eo minus existimo eum praetermisisse, quod etiam in primo libro similia in Abrahamo ostendere conatus erat. Deinde e p. 65, 23—26 N colligi posse existimo Iulianum ob eam causam hanc de stella narrationem in dubium vocasse, quod ea stella iam non exstaret.

II, 4 De fr. 4 (p. 127) quod Neumannus suspicatur Iulianum Matthaei c. 24, 4 sqq. cum Marci c. 1, 14 sqq. contulisse, audacissime mihi videtur coniecisse.

II, 5 Item, quod fragmento 5 (p. 128) e Cyrilli frr. 9 et 10 Iuliano tribuit, etsi ingeniose, tamen licentissime fecit.

II, 8 Fragmentum 8 (p. 130), si quidem Iulianus rerum in evangeliis ordinem observavit, ex ultima libri secundi parte haustum esse veri simile est.

Libris XV et XVI Cyrillum Iuliani de oratione montana disputationem refutasse Neumannus p. 132 magnis argumentis firmavit. Quem praeterea in libro secundo Iulianus ordinem observaverit, non possumus discernere.

III Tertii autem libri nullum omnino fragmentum traditum est. Nam de p 250 B. Cyr. Neumannus, ut supra demonstravi, audacissime coniecit. Non minus licenter locum a Suida s. v. *ἀπόνοια* ex Iuliano allatum ex ea tertii libri parte sumptum esse putat, qua Iulianus 1 Thess. 4, 16 perstrinxerit.

Iam absoluto priore dissertationis loco ad alterum venio.
164, 1 41 E 9 163, 7 — 164, 2 haec legimus: *Μέλλων δὲ ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων δογμάτων ἁπάντων ποιεῖσθαι τὸν λόγον ἐκεῖνο*

βούλομαι πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι χρὴ τοὺς ἐντυγχάνοντας, εἴπερ ἀντιλέγειν ἐθέλοιεν, ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ μηδὲν ἔξωθεν πολυπραγμονεῖν μηδὲ τὸ λεγόμενον ἀντικατηγορεῖν, ἕως ἂν ὑπὲρ τῶν πρώτων ἀπολογήσωνται. Neumannus *τῶν πρώτων* mutat in *τῶν παρ᾽ αὐτοῖς*, sine necessitate, ut videtur. *Ὑπὲρ τῶν πρώτων* nihil aliud est quam *περὶ τῶν πρώτων*; minus ambigue Iulianus scripsisset *πρὸς τὰ πρῶτα*. *Τὰ πρῶτα* autem ea sunt, quae Iulianus contra Christianos dicturus est. Scilicet mutua illorum actio (*ἀντικατηγορία*) pro secundo accipitur. Dicturus igitur erat Iulianus: ne prius contra accusarent, quam de primis (h. e. Iuliani in ipsos criminibus) se defendissent.

164, 15 Non iniuria Klimekius l. l. p. 22 offenditur voce *Ἑβραίοις*, quod supervacaneum esse nemo negabit. Sed Iulianus non raro nimia verborum ubertate utitur (cuius exempla collegit Cobetus in Mnem. n. s. X. p. 439 sq.). Scilicet articulus *τοῖς* non, ut Klimekius putat, cum *Ἑβραίοις* coniungendus est, sed hoc appositionis loco additum est, ut antea *τοῖς Ἕλλησιν* ad *ἡμῖν*, quod quidem non minus suspectum videatur. 164, 15 43 A 9

De 165, 1: *τὸ εἰδέναι θεὸν* v. supra p. 4.

165, 3 *καὶ κατ᾽ ἄνδρα καὶ ἔθνη*. Neumannus ante *ἔθνη* suspicatur *κατ᾽* inserendum esse. Sed tradita lectio his locis firmatur: or. 4, 180, 7 *πρός τε τὰ πρῶτα καὶ τελευταῖα.* ib. 181, 6/7 *πρῶτον μὲν ἐν τοῖς νοητοῖς ὑπάρχον, τελευταῖον δὲ* (*δ᾽ ἐν* Hertl.) *τοῖς κατ᾽ οὐρανὸν φαινομένοις.* 219, 1/2 *τὰ μὲν διὰ τοὺς μυστικοὺς καὶ κρυφίους δεσμούς, τὰ δὲ καὶ ῥηθῆναι πᾶσι δυναμένους* (v. Hertl. ad h. l.). C. 399, 3 *ἐπ᾽ ἐκείνους, εἰ βούλει δὲ καὶ* (*ἐπὶ* add. Cobet) *τὴν γαμετὴν Μεσσαλίναν.* ib. 409, 7/8 *ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ . . . ἀμπέλων μᾶλλον ἢ τῶν ἐμῶν πηγῶν.* 165, 3 52 B 4

165, 13. 14. *Τί δέ* (M A, *δεῖ* V, opus est O) *μοι καλεῖν* (*καλλεῖν* M) *Ἕλληνας καὶ Ἑβραίους ἐνταῦθα* (*μοι* add. M) *μάρτυρας;* In hoc loco *δὲ* et *δεῖ* pari fere codicum et editionum auctoritate firmantur, sed illud omisso *δεῖ* insolite dictum esset, hoc commendatur locis his: or. 1, 20, 26 *καὶ τῶν παλαιῶν τί δεῖ ὑπομιμνήσκειν;* ib. 21, 16 *τί δὲ χρὴ τῶν δευτέρων ἀτυχημάτων μεμνῆσθαι;* ib. 36, 3 *τί χρὴ Μεσσήνης καὶ Πύλου μεμνῆσθαι;* or. 3, 141, 9 *ὑπὲρ ἧς τὰ μὲν ἄλλα τί δεῖ λέγοντας διατρίβειν;* fr. ep. 390, 15 *τί δεῖ καὶ λέγειν, ὅσα ταῖς πόλεσιν . . . συντελεῖται;* ep. 27, 519, 16 *ἐπιστολαῖς δὲ ὅσαις ὑπέγραψα . . . τί δεῖ νῦν πράγματα ἔχειν ἀπαριθμούμενον;* ep. 40, 538, 22 *τί με δεῖ λέγειν ὅπως εὐφράνθην;* ep. 41, 542, 20 *τί γὰρ δεῖ τὰς* 165, 13. 14 69 B 1. 2

Σειρῆνας λέγειν; — *μοι* autem, quod in M ante *μάρτυρας* repetitur, suspectum videatur.

166, 8—13 69 C 8—D 5 166, 8—13 in codicibus legimus: *ἀίδιον δὲ καὶ ἀκίνητον, ὡς ὁρῶμεν, ἤτοι παρὰ ψυχῆς κρείττονος καὶ θειοτέρας ἐνοικούσης αὐτῷ φέρεται κύκλῳ περὶ τὸν μέγαν δημιουργόν, ἢ πρὸς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὴν κίνησιν, ὥσπερ, οἶμαι, τὰ ἡμέτερα σώματα παρὰ τῆς ἐν ἡμῖν ψυχῆς, παραδεξάμενον τὸν ἄπειρον ἐξελίττει κύκλον ἀπαύστῳ καὶ αἰωνίῳ φορᾷ.* Recte Neumannus Oecolampadii interpretationem secutus *ἀεικίνητον* pro *ἀκίνητον* scripsit, minus recte verba *ὥσπερ* — *ψυχῆς* inter *αὐτῷ* et *φέρεται* posuit. Verba ita constituta nisi zeugmate quodam non possunt explicari, ut Iulianus vellet dicere, ut corpora per animam iis insidentem moverentur, ita mundum maiore et diviniore anima moveri et circum magnum opificem ferri. Hoc modo Neumannus, ut eius interpretatio Germanica declarat, hunc locum explicari vult.

Sed minime ea opus est coniectura. Neumannum fugit in verbis *πρὸς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὴν κίνησιν παραδεξάμενον* id latere, deum ipsum esse animam mundi. Hoc enim dicere voluit Iulianus: animam mundi aut diversam esse ab opifice aut ipsum opificem mundi. Sed id mirum est, quod Iulianus nondum in primo membro mundi animam cum humana comparavit. At potest ea comparatio e secundo membro cogitatione ad totum enuntiatum referri. Superest una difficultas, quod praepositio *πρὸς* praepositione *παρὰ* continuatur. Sed ne hoc miremur, conferamus or. 4, 169, 24/170, 1 *οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον ἀλλὰ καὶ π α ρ ὰ τῶν ἄλλων θεῶν.* or. 4, 171, 7/9/10 *προσεχῶς μὲν ὑπὸ τοῦ πέμπτου σώματος . . ., βαθμῷ δὲ ὥσπερ δευτέρῳ τ ῷ νοητῷ κόσμῳ* (*τοῦ νοητοῦ κόσμου* Hertl.), *πρεσβυτέρως δὲ ἔτι δ ι ὰ τὸν πάντων βασιλέα.* ep. 45, 549, 9/10 *ὃ π ρ ὸ ς τοὺς πολλούς εἰσιν οἱ ἰατροί, τοῦτο ἐκείν ο ι ς σύ.* Cum igitur Neumanni coniectura non sit necessaria, etiam id, quod Neumannus p. 138 sq. hoc uno loco nisus suspicatur, Cyrillum corrupto Iuliani codice usum esse, fundamento caret.

167, 3 44 A 10 167, 3 Neumannus sine causa ante *εἶτ'* inseruit *καί*. Nam quod Oecolampadius 'et iterum' vertit, nihil habet momenti. Hoc asyndeton Graecum est. E Iuliano praeter alia multa haec conferas exempla: or. 7, 284, 25 *ὃν ὁ μέγας Ζεὺς . . . τῷ κόσμῳ σωτῆρα ἐφύτευσεν, εἶτ' ἐπανήγαγε . . .* ib. 286, 14 *κινῆσαι μὲν θᾶττον ἢ προσῆκον ἦν τινα τῶν περὶ αὐτὸν ὀργίων . . ., εἶτα ἀναλωθῆναι πρὸς τοῦ πυρός.* ib. 302, 13 *μή σε . . . ἐξαπατήσας*

λάθῃ . . ., εἶτα αὐτῷ δοίης γῆμαί τινα τῶν σῶν θυγατέρων. ep. 10, 490, 13 *τολμᾷ δῆμος ὥσπερ οἱ κύνες ἄνθρωπον σπαράττειν, εἶτα οὐκ αἰσχύνεται . . .* His adde or. 6, 242, 4 *ὁ μὲν γὰρ τοιούτοις ἐντυχών, εἶτα τοῦτο οἰηθεὶς εἶναι τὴν πόλιν.* or. 8, 323, 24 *καθειργμένον . . ., εἶτα ὀδυρόμενον.* ep. Ath. 346, 13. 347, 17. ep. 37, 532, 17 et alia, quibus quidem locis dubium est, an prius participium ab altero pendeat (cf. or. 3, 132, 14). Uno loco simili sententia *καὶ εἶτα* inveni idque dubium est: or. 3, 156, 24 *Ἀνδρὶ σφόδρα ἀπείρως ἡνιοχικῆς ἔχοντι καὶ οὐδὲ ἐθελήσαντι ταύτης μεταλαβεῖν τῆς τέχνης κᾆτα* (Cobet, *κα εἶτα* V, *εἶτα* v) *ἀναγκαζομένῳ . . .*

168, 10—12. *Κεφάλαιον δέ, φρονήσεως ἀπηγόρευσεν ὁ θεὸς ἀνθρώπῳ γεύσασθαι, ἧς οὐδὲν ἂν εἴη τιμιώτερον ἀνθρώπῳ.* 168, 10—12 89 B 1—3 Neumannus pro altero *ἀνθρώπῳ* scribit *αὐτῷ*. Klimekius autem id delet. Contra Neumannus in „Theolog. Literaturzeitung" l. l. ait *ἀνθρώπῳ,* quod est post *τιμιώτερον,* non posse deleri; aut *αὐτῷ* scribendum aut prius *ἀνθρώπῳ* delendum esse. Certe repetitum *ἀνθρώπῳ* molestum est; itaque fortasse aut Klimekii aut Neumanni coniectura probanda est. Sed liceat mihi hoc loco pauca exempla afferre eiusdem vocabuli intra parvum spatium repetiti: 180, 3/6 *μαρτυρεῖ ἡ πεῖρα — ἡ πεῖρα μαρτυρεῖ.* 187, 16/188, 1 *καὶ οὐ καθίσταμεν αὐτὸν οὐδὲ ἀντιμερίτην τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν θεῶν καθισταμένων,* ubi vix possum abstinere quin *καθισταμένων* deleam (v. infra ad h. l.). 205, 3/6 *ἀπέστη τῆς ἀθεότητος — τῆς ἀθεότητος ἀποστῆναι.* or. 1, 19, 4/5 *τοῦ τρυφᾶν δὲ παρέχων ἄλλοις χορηγίαν, καὶ τοῖς βουλομένοις σωφρονεῖν παρέχων σαυτὸν μιμεῖσθαι.* or. 1, 19, 26/20, 3 *τὰ μὲν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς . . . δικαίως καὶ σωφρόνως καταστησάμενος, πλὴν εἴ που . . . οὐ διεκώλυσας, τὰ δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀνδρείως . . . καταστησάμενος.* Simili modo or. 1, p. 25 sq. saepissime verbo *καταστῆσαι* utitur (25, 9. 20. 22. 27. 26, 1). or. 4, 198, 14/17 *καταστησαμένοις.* ib. 180, 23/24 *ἡ πάντα συνέχει τὰ μέρη καὶ σφίγγει πρὸς αὐτὰ συνέχουσα τὸ φύσει σκεδαστὸν αὐτῶν.* or. 7, 289, 27 *πρὸς μὲν τὸν μακαρίτην Κωνστάντιον εἰς Ἰταλίαν ἦλθες, οὐκέτι μέντοι καὶ μέχρι Γαλλιῶν ἦλθες* (secl. Hertlein). Similia passim apud Iulianum nobis occurrunt.

168, 15. 16. Neumannus *λέγεται* in *δεῖ λέγεσθαι* mutat. 168, 15. 16 93 D 9—E 1 Ego potius *ἐπὶ* delendum censeo, ut ortum incuria librarii, qui calamo ad sequens *ἐπειδὴ* aberraverit.

169, 4. 5 94 A 1 Neumannus, cum in verborum positione plerumque codicem M sequatur (quod dicit p. 152 ante med. et p. 154 s. f.), p. 169, 4. 5 propter hiatum codicis V scripturam probavit, qui tradit: *Τούτων τοίνυν ἕκαστον εἰ μὴ μῦθος ἔχων θεωρίαν ἀπόρρητον εἴη.* Contra M: . . . *εἰ μὴ μῦθος εἴη ἔχων θεωρίαν ἀπόρρητον.* Socrates h. eccl. 3, 23 . . . *εἰ μὴ λόγος ἐστὶν ἀπόρρητον ἔχων τινὰ θεωρίαν.* Harum lectionum quae sit optima, primum disquiramus omissa in praesens illa ambigua de hiatu quaestione. Socrati certe minima auctoritas tribuenda est, quia eum Iuliani librorum notitiam e Cyrilli refutatione hausisse Neumannus probabiliter ostendit (p. 107 sq.). Quodsi hunc locum ex ipso Iuliano duxisset, tamen minus eius quam Cyrilli interfuisse putandum est ipsa Iuliani verba tradere. Codicum autem Cyrilli M, quod ad verborum ordinem attinet, maiore fide dignus videtur. Accedit, quod eius codicis lectio etiam Socratis testimonio firmari videtur, qui *ἐστὶν* post *λόγος* collocat. Itaque priusquam de hiatu certiora constituta sint, codicem M sequar. Certe hic hiatus facile tolerari potest, quia hunc locum legentes post *εἴη* vocem intermittimus.

De hiatu enim Neumannus in editione sua nimiam Iuliano tribuit diligentiam, quam quidem sententiam se nuper mutasse dicit (Theologische Literaturzeitung l. l.). Nam cum hos libros Iulianus non diu ante mortem suam scripserit, hac ipsa de causa vix credas eum magnam ei rei diligentiam adhibuisse, quod ipse Neumannus probat (p. 156 in.). At idem etiam orationes quasdam, in quibus multo maiore cura utitur, paucis diebus composuit (cf. p. 204, 4. 231, 7. 263, 12 H.). Sed eas, priusquam ederet, potuit retractare; quod ei in his libris vix licuit. Accedit quod hi libri non ut illae orationes generi demonstrativo adnumerandi sunt. Quamquam certum videtur studuisse eum etiam in his libris evitare hiatum, quod demonstravit Neumannus (p. 154 sqq.). Itaque hae rationes sequendae videntur: cavendum est, ne coniectura hiatum in orationem inducamus; deinde dubia lectione nisi aliae causae, ut in hoc loco, obstant, ea veri similior est, qua hiatus tollitur. Neque vero, si quis locus corruptelae suspicionem non movet, hiatus tollendus coniectura est.

169, 5 94 A 1. 2 195, 5 *Ὅπερ ἐγὼ νενόμικα* Neumannus cum sequentibus coniunxit. Sed mihi haec verba ad praecedentia referenda videntur esse, ut 224, 18 *καὶ εἰ μὲν αὐτός, ὅνπερ* (lege *ὅπερ?*) *οἶμαι, ἐθεάσασθε δήπουθεν καὶ ὑμεῖς θεόν.* Dicit Iulianus se ei accedere

sententiae, quam in protasi protulit; quam esse eius sententiam e sequentibus verbis apparet, quibus de veris Iudaeorum et Graecorum opinionibus agitur. Contra si ad apodosin referuntur, Iulianus modestiam prae se fert in his libris insolitam.

169, 7—9 *Καὶ τὸ ἀπαγορεῦσαι καλοῦ καὶ πονηροῦ* (*τὴν* add. VA) 169, 7—9 94 A 5—7
γνῶσιν, ὃ μόνον ἔοικε συνέχειν τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον. Neumannus *βίον* in *νοῦν* mutato locum ita Germanice vertit: „Dies Verbot der Erkenntnis des Guten und Schlechten, wie es wohl für sich allein im stande wäre, den menschlichen Geist in engen Schranken zu halten.“ Quae mihi durissima interpretatio videtur. Neque enim *ἔοικε* eam quam Neumannus statuit vim habet, quae inest in *πέφυκε.* Difficilior autem est codicum lectio. Proficiscendum est a vi verbi *συνέχειν.* Quod apud Iulianum significat continere, coniungere, complecti (velut or. 4, 180, 23. 24. ib. 196, 14. 203, 17. or. 6, 282, 7). Neque vero potest dici vetita boni et mali cognitione vitam humanam contineri. Tum enim haec sententia laudem contineret aptaque esset, quae ad ipsam cognitionem, non ad vetitam pertineret. Sed possitne *ὃ μόνον* ad *γνῶσιν,* quod pro infinitivo *γνῶναι* sit, referri, ambiguum est, quia Iulianea eius licentiae exempla non repperi. Sed si talem ab eo neglegentiam alienam putamus, hoc uno modo emendari locum posse arbitror, quod infinitivum, a qua *γνῶσιν* pendeat, intercidisse statuimus (cf. 168, 11 cum 168, 6), velut *λαβεῖν.* Consentire autem hanc interpretationem cum Iuliani sententia ex or. 2, 89, 14—19 apparet: *ὅτῳ ἀνδρὶ ἐς νοῦν καὶ φρόνησιν ἀνήρτηται πάντα τὰ ἐς εὐδαιμονίαν φέροντα καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐκτός, ἐξ ὧν εὖ ἢ κακῶς πραξάντων ἢ καὶ πασχόντων πλανᾶσθαι ἀναγκάζεται, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται πρὸς τὸ ζῆν* et eiusdem orationis 89, 26 *τοῦ παντὸς ἐκεῖνος* (i. e. *δαίμων* = *νοῦς* s. *φρόνησις*, cf. 87, 28—88, 2) *προΐσταται βίου.* Cf. etiam ep. 42, 544, 7—11.

169, 9. 10. *Μὴ* (*τοῦ ξύλου*) *τῆς ζωῆς μεταλαβὼν* (*ἄνθρωπος*) 169, 9. 10. 94 A 7. 8
ἀθάνατος ἐκ θνητοῦ γένηται. Τοῦ ξύλου recte, ut videtur, Neumannus adiecit. Minus necessarium videtur *ἄνθρωπος* inserere.

169, 12—14. *Ὑπὲρ δὲ ὧν ἐκεῖνοί τε ἀληθῶς ὑπὲρ θεοῦ* (*οὗ* M) 169, 12—14 96 C 4—7
δοξάζουσιν ἡμῖν τε ἐξ ἀρχῆς οἱ πατέρες παρέδοσαν, ὁ μὲν ἡμέτερος ἔχει λόγος ὡδὶ τὸν προσεχῆ τοῦ κόσμου τούτου δημιουργόν. Neumannus delet *ὑπὲρ θεοῦ* et *ὡδὶ* in *οὐδὲ* mutat. Ita autem Germanice vertit: „In dem, woran die Juden mit Recht glauben, und was auch uns von alters her die Väter überliefert

haben, vermag unsere Untersuchung nicht einmal den unmittelbaren Schöpfer aufzuweisen." Primum *ἀληθῶς δοξάζειν* vix significare potest, veram seu rectam opinionem habere (quae vis inest in *ἀληθῆ δοξάζειν* vel rectius *ἀληθῆ νομίζειν*), sed potius vere aliquam opinionem habere, „wirklich glauben". Deinde requiras *εὑρεῖν* apodosi additum.

Traditam scripturam usque ad *ὧδί* sine artificiis sic Latine vertere possumus: 'De iis, quae et illi vere de deo opinantur et (quae) nobis ab initio maiores nostri tradiderunt, nostra disputatio ita se habet.' Iulianus antea de fabulis vera tegentibus locutus (167, 1 — 169, 11; maxime respiciendum est 169, 4—6) iam de veris opinionibus dicturus est. Uno tamen offendatur aliquis, quod pronomen relativum in altero membro repetitum non est, quo fit, ut, quae Iudaei et quae Graeci opinentur, eadem esse videantur, quam non esse Iuliani sententiam e sequentibus manifestum est. At hic idem valet, quod ad p. 165, 3 de praepositionibus dixi, quamquam pronominis relativi non repetiti unum repperi exemplum: or. 1, 42, 4 *ὧν τε εἰς τὸ κοινὸν καὶ κατ᾽ ἰδίαν ἔδρασε.* Etiam articulum simili modo omissum in comparationem vocare a re non est alienum. In hoc libro 170, 15 *τὴν Πλάτωνος καὶ Μωυσέως κοσμογένειαν.* 195, 1. 2 *τὴν Περσῶν ἢ Αἰακοῦ ἢ Μίνω.* 196, 8 *ὁ μέγας Ζεὺς ἤτοι πατὴρ Ἄρης.* 202, 16 *ὁ τῆς πολιτείας θεσμὸς καὶ τύπος τῶν δικαστηρίων.* or. 1, 1, 4 *τὴν σὴν ἀρετὴν καὶ πράξεις.* C 400, 13 *τό τε Γετικὸν καὶ* (*τὸ* add. Cob.) *Παρθικόν* (cf. 420, 10). ib. 431, 3 *τοῦ Διὸς καὶ Κρόνου.*

His collatis locis non dubitabimus quin hoc quoque loco codicum lectio retinenda sit. Sed quid sibi vult additum illud *τὸν προσεχῆ τοῦ κόσμου τούτου δημιουργόν*? Certe post *ὧδὶ* communem sententiam desideramus, ad quam sequentia referri possint. Quam equidem talem fere fuisse censeam: *Τὸν προσεχῆ τοῦ κόσμου τούτου δημιουργὸν ἡμεῖς ἄμεινον ἐγνώκαμεν ἢ Μωυσῆς.* Nam id Iulianus demonstrare conatur (v. p. 187, 10 sqq. et Cyr. p. 99 C, de quo loco supra p. 8 dixi).

169, 14—16 96 C 7. 8 169, 14—16. '*Ὑπὲρ γὰρ* (*θεῶν* adi. Neumannus) *τῶν ἀνωτέρω τούτου Μωυσῆς μὲν εἴρηκεν οὐδὲν ὅλως.* Neumanni coniecturam Iuliani sententiae contrariam esse puto. Iulianus enim ipse nusquam dicit deos superiores Iudaeorum deo esse, sed pares tantum, et si voluit dicere, id hoc loco intempestive praesumeret. Contra si codicum lectio tenetur, nihil aliud dicit nisi Mosem de

iis, quae supra mundi opificem sint, nihil dicere, h. e. non dicere, sintne superiora necne. Sed Neumannus Cyrillum testem facit, qui p. 97 A 7 dicat *περὶ τοῦ, καθά φησιν αὐτός, ἀνωτάτου θεοῦ,* unde efficias Iulianum aliquo loco *ὁ ἀνώτατος θεὸς* vel similibus verbis usum esse. Contra mihi liceat aliquot Cyrilli locos afferre, unde appareat eum in refutatione Iuliani verba saepe liberrime reddere, etiamsi addat *φησίν* sive *καθά φησιν αὐτός* vel similia vel etiam directa oratione utatur. Quae e Cyrillo afferam, plerumque apud Neumannum in testimoniis reperimus.

Iul. 197, 4—9 = 198 C 4—10 *Φαίνεται δὲ καὶ τὰ αὐτοφυῆ χρηστήρια* (*σιγῆσαι* iure, ut videtur, e Cyrillo Neumannus adiecit) *ταῖς τῶν χρόνων εἴκοντα περιόδοις. Ὁ δὴ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης καὶ πατὴρ Ζεὺς . . . δέδωκεν ἡμῖν διὰ τῶν ἱερῶν τεχνῶν ἐπίσκεψιν, ὑφ᾽ ἧς πρὸς τὰς χρείας ἔξομεν τὴν ἀποχρῶσαν βοήθειαν.*

Cyr. 198 E 5. 6 *ἀποσιγῆσαι δέ, καθά φησιν αὐτός, αὐτοφυῆ χρηστήρια.*

199 A 6—8 *τίνα δὴ τρόπον τὰ αὐτοφυῆ χρηστήρια ταῖς τῶν χρόνων εἴκοντα περιόδοις σιγῆσαί φησι;*

199 B 5—10 *ἐπειδὴ τοίνυν, φησί, σεσιγήκασι τὰ χρηστήρια, καὶ τάχα που γεγηρακὼς ὁ Πύθιος ἔξω βέβηκε φρενὸς καὶ τῶν εἰς ἀπάτην ψευσμάτων οὐκ οἶδεν ἔτι τρόπους, δέδωκεν ἡμῖν ὁ Ζεὺς τὴν διὰ τῶν ἱερῶν τεχνῶν ἐπίσκεψιν καὶ ἐπικουρίαν.*

199 C 4. 5 *ταύτην πρὸς ἐπικουρίαν ἀνθρώποις δεδόσθαι φής;*

Iul. 197, 10 = 200 A 2. 3 *τὸ μέγιστον τῶν Ἡλίου καὶ Διὸς δώρων.*

Cyr. 201 B 5. 6 *τὸ μέγιστον καὶ ἐξαίρετον τῶν Διὸς καὶ Ἡλίου δώρων, καθά φησιν αὐτός.*

Iul. 198, 9—17 = 201 E 7 — 202 A 5 *Εἰ τοῖς ἐκείνων γοῦν προσείχετε λόγοις, οὐκ ἂν* (*καὶ οὐ* M) *παντάπασιν ἐπεπράγειτε δυστυχῶς, ἀλλὰ χεῖρον μὲν ἢ πρότερον, ὁπότε σὺν ἡμῖν ἦτε, οἰστὰ δὲ ὅμως πεπόνθειτε ἂν καὶ φορητά. Ἕνα γὰρ ἀντὶ πολλῶν θεῶν ἐσέβε-*

Cyr. 202 E 2—6 . . . *ἐπιφύεται λέγων, ὅτι τοῖς Χριστιανῶν προσεσχηκότες λόγοις ἠπάτησθε καὶ οὐχ ἕνα μὲν ἔτι σέβεσθε θεόν, ἄνθρωπον δὲ μᾶλλον καὶ πολλοὺς ἑτέρους δυστυχεῖς καὶ νόμῳ σκληρῷ καὶ βαρβάρῳ κατεζευγμένους.*

202 E 8 — 203 A 3 *ἀνθρω-*

σθε ἄν, οὐκ ἄνθρωπον, μᾶλλον δὲ πολλοὺς ἀνθρώπους δυστυχεῖς· καὶ νόμῳ σκληρῷ μὲν καὶ τραχεῖ καὶ πολὺ τὸ ἄγριον ἔχοντι καὶ βάρβαρον ἀντὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐπιεικῶν καὶ φιλανθρώπων χρώμενοι τὰ μὲν ἄλλα χείρονες ἂν ἦτε, ἁγνότεροι δὲ καὶ καθαρώτεροι τὰς ἁγιστείας.

πον μὲν οὖν ὀνομάζει Χριστόν, πολλοὺς δὲ καὶ δυστυχεῖς τοὺς ἁγίους μάρτυρας, οὓς καὶ ὑπὸ νόμῳ φησὶ γενέσθαι σκληρῷ. V. Neumannum in testimoniis ad h. l.

Iul. 201, 13 — 202, 1 = 213 B 4 — C 3.

Cyr. 215 A 1—4. V. quae ad h. l. dixi p. 15.

Iul. 204, 3-7 = 224 D 8 — E 5 *Εἴπερ οὖν ὑπὸ γυναικὸς ἠπατήθη, τοῦτον σοφὸν μὴ λέγετε· εἰ δὲ πεπιστεύκατε εἶναι σοφόν, μήτοι παρὰ γυναικὸς αὐτὸν ἐξηπατῆσθαι νομίζετε, κρίσει δὲ οἰκείᾳ καὶ συνέσει . . . λελατρευκέναι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς.*

Cyr. 226 E 4 — 227 A 1 *Εἰ μὲν ἠπατήθη, φησί, μὴ δὴ κεκλήσθω σοφός· εἰ δὲ σοφὸν εἶναί φατε, πρόδηλον ἂν εἴη δήπουθεν, ὥς τό γε δὴ δεῖν καὶ τοῖς ἑτέροις προσκυνεῖν ἑλέσθαι θεοῖς σοφίας ἦν ἔργον αὐτῷ.*

Iul. 204, 7—9 = 224 E 5—7 *Φθόνος γὰρ καὶ ζῆλος οὐδὲ ἄχρι τῶν ἀρίστων ἀνθρώπων ἀφικνεῖται, τοσοῦτον ἄπεστιν ἀγγέλων καὶ θεῶν.*

Cyr. 228 B 2—4 *Μὴ γὰρ δὴ λεγέτω . . .· φθόνος γὰρ καὶ ζῆλος οὐδὲ ἄχρι τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν ἀφικνεῖται, τοσοῦτον ἄπεστι θεῶν καὶ τῶν ἀγγέλων.*

228 C 3. 4 *Ἐπειδήπερ, καθά φησιν αὐτός, οὐδὲ ἄχρι τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν ἀφικνεῖται φθόνος.*

Iul. 207, 13—15 = 238 B 3—6 *Εὑρήσει τὴν ὑμετέραν ἀσέβειαν ἔκ τε τῆς Ἰουδαϊκῆς τόλμης καὶ τῆς παρὰ τοῖς ἔθνεσιν ἀδιαφορίας καὶ χυδαιότητος συγκειμένην.*

Cyr. 239, D 6—8 *Εὑρήσομεν, φησί, τὴν παρ' ὑμῖν ἀσέβειαν ἔκ τε τῆς Ἰουδαϊκῆς τόλμης καὶ τῆς Ἑλληνικῆς χυδαιότητος συγκειμένην.*

Iul. 207, 17 — 208, 10 = 238 B 8 — D 1 *Τοῖς μὲν γὰρ Ἑβραίοις ἀκριβῆ τὰ περὶ θρησκείαν ἐστὶ νόμιμα καὶ τὰ σεβάσματα καὶ τὰ φυλάγματα*

Cyr. 239 E 8 — 240 A 6 *Ναί, φησίν, ἀκριβῆ μὲν γὰρ τὰ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ἐστὶ νόμιμα καὶ φυλάγματα καὶ μὴν καὶ ἱερωτάτης δεόμενα ζωῆς. Ἀποφά-*

μυρία καὶ δεόμενα βίου καὶ προαιρέσεως ἱερατικῆς. Ἀπαγορεύσαντος δὲ τοῦ νομοθέτου τὸ πᾶσι μὴ δουλεύειν τοῖς θεοῖς, ἑνὶ δὲ μόνον, οὗ μερίς ἐστιν ..., οὐ τοῦτο δὲ μόνον εἰπόντος ἀλλὰ γάρ, οἶμαι, καὶ προσθέντος· ʻΟὐ κακολογήσεις θεούςʼ, ἡ τῶν ἐπιγινομένων βδελυρία τε καὶ τόλμα βουλομένη πᾶσαν εὐλάβειαν ἐξελεῖν τοῦ πλήθους, ἀκολουθεῖν ἐνόμισε τῷ μὴ θεραπεύειν τὸ βλασφημεῖν, ὃ δὴ καὶ ὑμεῖς ἐντεῦθεν εἱλκύσατε μόνον.

σκοντος δὲ τοῦ νόμου τὸ θεοῖς ἑτέροις προσκυνεῖν πλὴν ἑνί τε καὶ μόνῳ, παρωσάμενοί τε καὶ διαπτύσαντες τὸ χρῆναι βιοῦν ἐννόμως ὑμεῖς μόνον ἡρπάσατε τὸ ὑβρίζειν εἰς θεούς, καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος ἐναργῶς· ʻΘεοὺς οὐ κακολογήσεις.ʼ

Iul. 223, 1—3 = 327 A 2—6 *Οὕτω δέ ἐστε δυστυχεῖς, ὥστε οὐδὲ τοῖς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ὑμῖν παραδεδομένοις ἐμμεμενήκατε· καὶ ταῦτα δὲ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ δυσσεβέστερον ὑπὸ τῶν ἐπιγινομένων ἐξειργάσθη.*

Cyr. 326 B 3—7 . . . *καὶ* (*ἡμᾶς*) *αὐτοῖς ἀντεπενηνέχθαι φησὶ τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς καὶ πεποιῆσθαι μὲν παρ' οὐδὲν τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν, τραπέσθαι δὲ μᾶλλον καὶ τοῦτο ἀκαταψέκτως, ἧπερ ἂν ἡμᾶς ἀποφέροιτο* (M, lege *ἀποφέροι τὸ*, non ut Neum. *ἀποφέροιτο τὸ*) *δοκοῦν.*

Iul. 229, 21 — 230, 1 = 354 A 4. 5 *Οὐδεὶς γὰρ παρ' ὑμῖν κακοῦργος, οὐδεὶς μοχθηρός.*

Cyr. 354 C 10. 11 *Ἀλλὰ γὰρ πλεῖστοι, φησίν, ἐν ὑμῖν οἱ κακοῦργοι καὶ μοχθηροί.*

170, 3. 4. *Περὶ δὲ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ καὶ τίνα τρόπον διεκοσμήθη διέξεισι.* Neumannus *καὶ* ante *τίνα τρόπον* seclusit. Quae coniectura esset recta, si in scriptura sacra de dispositione tantum rerum terrestrium dissereretur, non item de earum creatione. Cum autem et haec et illa tractetur, non est cur tradita verba mutentur. Neque in verborum constructione haerendum est, quia cum alii tum Iulianus saepissime singula verba et universa enuntiata voce *καὶ* coniungit. Exempli gratia hos locos conferas: 171, 19. 20 *οὔτε τῆς τῶν ἀγγέλων μέμνηται γενέσεως ἢ ποιήσεως οὐδ' ὅντινα τρόπον παρήχθησαν.* or. 2, 129, 25. or. 3, 136, 11. 12. or. 7, 295, 9. M. 444, 3. 5. 170, 3. 4 96 D 5. 6

170, 7 96 E 1 170, 7. Comma non ante *τέως*, ut in editt. Auberti et Neumanni, sed post *τέως* ponendum est. (Germanice Neumannus recte hunc locum vertit.)

171, 14 49 D 2 171, 14. *Μωυσῆς* Neumannus addidit sine necessitate, quoniam antea, ut Iulianus ipse p. 170, 18 dicit, Mosis verba allata sunt.

171, 19—23 49 D 8—E 4 171, 19—23. *Πρὸς τούτοις οὔτε τῆς τῶν ἀγγέλων μέμνηται γενέσεως ἢ ποιήσεως οὐδ᾽ ὅντινα τρόπον παρήχθησαν, ἀλλὰ τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν μόνον καὶ περὶ τὴν γῆν σκηνωμάτων* (M Ψ', *σωμάτων* V A, corporibus O), *ὡς εἶναι τὸν θεὸν κατὰ τὸν Μωυσέα ἀσωμάτων μὲν οὐδενὸς ποιητήν, ὕλης δὲ ὑποκειμένης κοσμήτορα.* Neumannus *σκηνωμάτων* scribit propter codicum M et Ψ' consensum. Sed quid hoc sibi velit nescio. Neumannus id Germanice vocabulo „Körper“ reddit. Sed *σκήνωμα* corpus significat ut animae domicilium, quod in hoc loco non valet. Itaque equidem codicis V lectionem sequar *σωμάτων* praebentis, quamquam non facile intellegitur, quo modo id in *σκηνωμάτων* corrumpi potuerit. Sed si quis eius corruptelae causam investigare voluerit, statuat librarium quendam *σωμάτων* incuria omisisse et in marginem *γῆν σωμάτων* scripsisse, quae vocabula errore coniuncta alius librarius in *σκηνωμάτων* mutaverit. Simili modo p. 175, 7 alterum *ἐστὶν* in textum irrepsit (v. infra ad h. l.). Suspicetur aliquis *σωμάτων* plane e contextu removendum esse. Neque vero salva verborum perspicuitate eo carere Iulianus potuit, quia res corporeas et incorporeas inter se opposuit.

172, 10 57 C 9 172, 10. *Οὕτως οὖν* e Platone Neumannus nescio an recte, recepit, cum Cyrilli codices *εἰ δὴ* praebeant. Cur *δή*, quod apud Platonem post *οὕτως οὖν* legimus, non receperit, nescio. Sed fortasse *εἰ δὴ* in *ἤδη* mutandum est, quod Oecolampadius videtur legisse.

174, 8 65 A 8. 9 174, 8. *Ἀλλ᾽ ἆρα* (A, *ἄρα* MV) *μὴ τοῦτο ὄναρ ἐστὶν ἐννοήσοντες αὐτὸ μάθετε.* Neumannus Germanice ita vertit, quasi *ἐννοήσαντες* legatur, quod Aubertus quoque praebet. Itaque participium futuri typothetae errore ortum videtur esse (item *μαθέτε* pro *μάθετε*). Bene Neumannus Aubertum secutus *ἆρα* scripsit: sed post *ἐστίν* interrogationis signum ponendum, primum quod *ἆρα* in indirecta quae dicitur interrogatione perraro usurpatur, deinde quia, si ipsa indirecta oratio esset pro obiecto, *αὐτὸ* molestum esset. Ad *μάθετε* autem ea, quae sequuntur,

pro obiecto sunt. Iam haec verba sic Latine reddo: 'Sed num id somnium est? Hac re reputata discite (sc. ea quae sequuntur).'

174, 18—20. *Κοινὸς δὲ ἀμφοτέρων δημιουργὸς οὗτός ἐστιν* 174, 18—20 65 C 1—5 *ὁ τεχνησάμενος οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλασσαν καὶ ἄστρα γεννήσας ἐν τοῖς νοητοῖς τὰ τούτων ἀρχέτυπα.* Sine magna causa Neumannus ante *γεννήσας* adiecit *καί*, arbitratus, ut videtur, quia *κοινὸς ἀμφοτέρων δημιουργὸς* praecederet, duo genera rerum procreatarum non subordinanda sed coordinanda esse. Sed mihi tradita lectio longe praeferenda videtur esse, quia illa indicatur, quae inter haec genera intercedat ratio, primum res, quae mente concipiuntur, procreatas esse, tum res visu manifestas. In Neumanni autem coniectura non solum verba *ὁ τεχνησάμενος ... ἀρχέτυπα* paene supervacanea sunt, sed etiam offensioni est non parvae, quod, quae prius procreata sunt, altero loco nominantur.

174, 21. *Σκόπει οὖν ὅτι καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις καλῶς.* Nimi- 174, 21 65 C 5 rum verbis *τὰ ἐπὶ τούτοις* non, ut Neumannus putat, significantur 'hi dei', sed potius verba, quae apud Platonem sequuntur. Cur igitur Klimekius p. 23 dissertationis suae *ὅτι* in *ἔτι* mutandum esse censeat, non intellego. Neque enim ellipsis verborum *ἔχειν* vel *λέγειν* (utrumque hic suppleri potest) prorsus insolita est; cf. 186, 2. 3 *οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἑτέρων ὁμοίως.* ib. 3. 4 *τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν θείων.* 213, 11. 12 *ταῦτα μὲν οὖν ὁ Μωσῆς.* or. 1, 23, 12. 13 ex coniectura Petavii: *ὡς καλῶς μὲν ἀ(λυσιτελῶς δέ).* C. 393, 11 *ὀρθῶς γε σὺ τοῦτο ὑπολαμβάνων.*

175, 7. 8. *Ὁπόσον ἐστὶν ἀθάνατον, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν* (*ν ἐν* 175, 7. 8 65 D 4—6 secl. N.) *τούτοις εἶναι* (secl. N.) *παρὰ τοῦ δημιουργοῦ δεδόσθαι.* Hac sententia libere reddita sunt, quae p. 174 2—5 ad verbum e Platone allata sunt: *καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν* (N., *αὐτοῖς* codd.)
ου
ἀθανάτοις ὁμώνυμον (N., *ὁμωνύμως* V *Ψ*, *ὁμωνύμως* M, cognomines O) *εἶναι προσήκει θεῖον λεγόμενον ἡγεμονοῦν τε ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι* (*ἕπεσθε ψ*), *σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω.* Eo autem de quo agimus loco minime aut *ἐστιν*, id quod est post *ἀναγκαῖον*, aut *εἶναι* potest defendi, praeterea nos offendit *ἐν τούτοις* eo quo id codices praebent loco, nec minus *τούτοις*, quod Neumannus suspicatur, pro quo *αὐτοῖς* requirimus. Multo aptius est nec Platonis verborum sententiae alienum *ἐν τούτοις* transponere et cum

protasi coniungere (cf. ep. Them. 335, 2); idque accommodate inter *ἐστὶν* et *ἀθάνατον* inseritur; statuamus enim librarium quendam incuria *ἐν τούτοις* omisisse et *ἐστὶν ἐν τούτοις* in margine adscripsisse; haec tria verba alius librarius falso post *ἀναγκαῖον* putandus est inseruisse. Quae si coniectura recta est, apparet in apodosi non *εἶναι* sed *ἐστὶν* delendum esse, quod vel propterea veri simile est, quia obliqua oratio tam licenter allatis verbis aptior est. Itaque legendum est: *Ὁπόσον ἐστὶν ἐν τούτοις ἀθάνατον, ἀναγκαῖον εἶναι παρὰ τοῦ δημιουργοῦ δεδόσθαι* [1]).

175, 9. 10 65 D 6—8 Quae sequuntur verba, iure Neumannus delevit ut ex 174, 4. 5 interpolata. Omnino in hoc loco complures interpolationes deprehendimus, quod recte Neumannus animadvertit (ad l. 14 et 15). Neque vero eas ex V esse profectas puto, quia 9—10 etiam in M est, sed in C in margine scriptas fuisse.

175, 19 66 A 1—2 175, 19. ***Πρὸς τὰ θνητὰ καὶ ἐπίκηρα*** Neumannus ut prorsus obscura inclusit. Sed difficile intellectu est, cur ea sint addita. Itaque equidem scribam *ὥσπερ τὰ θνητὰ καὶ ἐπίκηρα*. Coniunctionem vocabulorum *θνητὸς* et *ἐπίκηρος* apud Iulianum legimus or. 6, 240, 4 *οὐ θνητὰς οὐδὲ ἐπικήρους*, cf. c. Chr. 186, 4. 5 *ἐπίκηρον καὶ φθαρτόν*.

176, 2. 3 99 D 10 176, 2. 3. Neumannus pro *ὑπὲρ αὐτῶν τούτων* scribit: *ὑπὲρ ἐθνῶν τούτων*. Sed offendit articulus omissus. Iulianum ad numeralia *οὗτος* sine articulo posuisse recte Hertleinius ad fr. ep. 391, 5 observavit. Aliquot locis codices etiam ante substantiva articulum omiserunt: or. 4, 186, 25 *δύο ταύτας οὐσίας*. 199, 19 *τοῦτο κοινὸν ὄνομα*. or. 7, 304, 2 *λειτουργίας ἕνεκα ταυτησί*. C. 413, 3 *ὄντων δὲ τούτων μοι τοιούτων ἔργων*. Sed omnibus his locis articulus librariorum incuria facile potuit excidere. Certe non licet tam paucis locis nisos tam insolitam structuram in hunc locum inferre. Quodsi hoc concedamus, tamen minime necessaria Neumanni coniectura est. *Ὑπὲρ αὐτῶν τούτων* enim ad Iudaeos et gentes est referendum. Accuratius dixisset Iulianus se collaturum inter se, quae Iudaei et gentes crederent de ea quae deo cum his ipsis intercederet ratione. Quae Iuliani

---

1) Equidem antea conieceram legendum esse *ὁπόσον ἐστὶν ἀθάνατον ἐν τούτοις, ἀναγκαῖόν ἐστι παρὰ τοῦ δημιουργοῦ δεδόσθαι*. Eam autem quam supra attuli coniecturam debeo Guilelmo Christio, qui idem vir doctissimus mihi corruptelae causam exposuit.

indiligentia — minime illa quidem mira — ne Neumanni quidem coniectura tollitur. Ἐθνῶν etiam propterea non aptum est, quod vocibus *τῶν ἡμετέρων πατέρων* non certus populus significatur.

176, 15. Neumannus *καὶ* ante *πρῶτον μὲν* inseruit, quod 176, 15 100 A 7
minime necessarium est. Cf. or. 6, 245, 17 *ἀλλ' οὐ τὰ τιμιώτατα καὶ σπουδαῖα, πρῶτον μὲν τὰ αἰσθητήρια.*

177, 17 — 178, 5. Eadem verba paulum mutata apud Theo- 177, 17 — 178, 5
dorum Mopsuestenum legimus p. 10 (ed. Fritsche). Sunt autem 106 C 2—8
haec: *Τοῦ χάριν πολὺ μὲν εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἔπεμψε* (*ἔπεμπε* Th.) *τὸ προφητικὸν πνεῦμα* (*χάρισμα* Th.) *καὶ τὸν Μωυσέα καὶ τὸ χρῖσμα καὶ τοὺς προφήτας καὶ τὸν νόμον καὶ τὰ παράδοξα καὶ* (om. Th.) *τὰ* (om. Th.) *τεράστια τῶν μύθων; ἀκούεις τε* (*γὰρ* Th.) *αὐτῶν βοώντων· Ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. Ἐπὶ τέλει* (*τέλους* Th.) *δὲ καὶ τὸν Ἰησοῦν ἔπεμψεν ἐκείνοις.* Neumannus plerumque Theodorum secutus est; e Cyrillo solum *τὰ παράδοξα καὶ τὰ τεράστια* recepit; et hoc quidem recte; nam *τὰ παράδοξα τεράστια τῶν μύθων* absurde dictum esset. Praeterea Cyrilli lectio similitudine confirmatur locorum C. 421, 21. 22 *τῶν παραδόξων ἐκείνων καὶ τεραστίων δογμάτων* et or. 281, 25 *παράδοξον καὶ τερατῶδες.* E Theodoro Neumannus primum *ἔπεμπε* recepit, cum Cyrillus aoristum tradat. Qua in re difficile est verum discernere, cum actio mittendi aut ipsa per se referri aut ut durans vel repetita accipi possit; nec illud *ἔπεμψε* in sequenti enuntiato Cyrilli lectionem confirmat, quia ibi uni aoristo locus est. — Deinde Neumannus *χάρισμα* secundum Theodorum scripsit, Cyrilli lectionem *πνεῦμα* reiecit. Sed mihi facilius ex hoc illud fieri potuisse videtur, quam hoc ex illo, quia praecedit *χάριν,* sequitur *χρῖσμα.* — Praeterea Neumannus post *ἀκούεις* non *τε,* quod Cyrillus tradit, sed *γάρ,* quod Theodorus, scripsit. At *γάρ* abhorret a sententia loci, si vim causalem habet. Neque enim ea, quae antea enumerata sunt, *ἄρτος ἀγγέλων* appellari possunt, nec in Ps. 77 (78), 25 *ἄρτος ἀγγέλων* eum sensum habet, neque est necessarium, ut eae res, de quibus in toto vetere testamento agitur, uno loco, eoque non idoneo, confirmentur. Contra verbis *ἀκούεις κτλ.* continuatur ea quae praecedit enumeratio. Itaque *γὰρ* per ellipsin explicandum est, ut 168, 2. 179, 5. 196, 16. 220. 20. M. 446, 7 et saepius. Eundem autem sensum praebet *τε,* quod Cyrillus tradit. — Denique Cyrillus tradit *ἐπὶ τέλει,* Theodorus, quem Neumannus sequitur, *ἐπὶ τέλους.* Apud Iulianum *ἐπὶ τέλει* repperi or. 1, 15,

22; neque vero *ἐπὶ τέλους* insolitum est, cf. Plat. rep. 613 D (Ast lex. Platon. s. v. *τέλος*). Videmus duobus locis Cyrilli lectiones Theodori lectionibus praeferendas, ceteris pariter probabiles esse. Itaque etiam in his Cyrillus melius sequendus erit.

178, 11. 12 106 D 5—7 178, 11. 12. *Ἔξω καὶ μικροῦ γένους οὐδὲ πρὸ δισχιλίων ὅλων ἐτῶν ἑνὶ μέρει συνοικισθέντος τῆς Παλαιστίνης.* Suspicor *ἐν* ante *ἑνὶ μέρει* inserendum esse. Nam *συνοικίζειν τινὶ τόπῳ* vix puto Graecum esse.

179, 4—6 106 E 4. 5 179, 4—6. *Θεὸς* (*γὰρ* add. V A) *ζηλωτής· ζηλοῖ γὰρ* (*δὲ* V A) *διὰ τί καὶ θεὸς* (inclusit N.) *ἁμαρτίας ἐκδικῶν πατέρων ἐπὶ τέκνα.* Hunc locum Neumannus sic Germanice vertit: „. . . Aus welchem Grunde aber eifert er so, dafs er sogar die Sünden der Väter an den Kindern heimsucht?“ Quae interpretatio verbis traditis non respondet. Equidem *ζηλοῖ γὰρ διὰ τί* pro parenthesi accipiam, qua Iulianus animis legentium proponat, qualis sit causa zelandi. Dicit autem causam p. 191, 1—3 eamque ibi levem vocat.

182, 17 — 183, 2 135 C 6. 7 182, 17 — 183, 2. . . . *πότε ἂν* (M, *οὖν* V A) *μέχρις οὐρανοῦ φθάσειεν* (V A, *φθάσαιεν* M, pertingent O), *εἰ καὶ λεπτότερον ἁρπεδόνος ἐκμηρυομένων αὐτῶν ἐκταθείη* (V, *ἐκτανθείη* M). Primum offendit singularis numerus verbi *φθάσειεν*, nisi forte, ut saepius, Iulianum neglegenter scripsisse statuimus. Sed certe pluralis, quem melior codex praebet (Oecolampadii interpretationi non multum auctoritatis tribuendum est), aptior est: quando ad caelum perveniant (sc. aedificantes). Sed si ita scribimus, eadem inest difficultas in *ἐκταθείη*. At ne in priore quidem lectione sensus sententiae *εἰ — ἐκταθείη* clarus est. Nam Neumannus verba Germanice interpretatus: „wenn er auch seine Ausdehnung nur dadurch erlangte, dass man sich ihn dünner als ein Seil emporwinden liesse“, non recte reddit. Proficiscamur a verbo *ἐκμηρύεσθαι*. Quod cum significet ‘se explicare’, aut ad funem ad ad id, quod cum fune comparatur, i. e. ad turrim sive urbem (182, 12), referendum est. Itaque aut *ἐκμηρυομένης* aut *ἐκμηρυομένη* scribendum videtur. Sed ita *αὐτῶν* caret relatione. Cum autem ad *φθάσειεν* non facile *πόλις* subiectum suppleri possit, *ἐκταθείη* autem subiecto egeat, veri simile videtur substantivum aliquod excidisse idem atque *πύργος* significans, velut id ipsum aut *τὸ ἔργον* vel *τὸ οἰκοδόμημα*. Ab eo videtur *αὐτῶν* pendere. Id unum quaeritur, sitne *ἐκμηρυομένης* an *ἐκμηρυόμενος, η, ον.* scribendum. Ex his verborum formis certe *ἐκμηρυόμενον* proxime

ad traditam lectionem accedit. Ex hac re porro efficio subiectum neutrius generis fuisse. Si autem subiectum interponimus, manifestum est *φθάσειεν* locum non habere. Itaque equidem ita fere Iulianum scripsisse suspicor: *πότε ἂν μέχρις οὐρανοῦ φθάσαιεν, εἰ καὶ λεπτότερον ἀρπεδόνος ἐκμηρυόμενον τὸ ἔργον* (*οἰκοδόμημα*) *αὐτῶν ἐκταθείη.* Fortasse scripsit: . . . *αὐτῶν ἐκταθείη τοὔργον,* quia e sequenti voce *τοῦτον* facillime causa duci potest, cur subiectum exciderit.

183, 7—13. Neumannus hunc locum ita interpunxit: *Ἐπάνειμι δὲ αὖθις πρὸς ἐκεῖνο,* (punctum A) *τὰς μὲν γὰρ διαλέκτους ὅπως ὁ θεὸς συνέχεεν.* (comma OA) *εἴρηκεν ὁ Μωσῆς* (colon A) *τὴν μὲν αἰτίαν, ὅτι φοβηθεὶς μή τι κατ᾽ αὐτοῦ πράξωσιν προσβατὸν ἑαυτοῖς τὸν οὐρανὸν κατεργασάμενοι, ὁμόγλωττοι ὄντες καὶ ὁμόφρονες ἀλλήλοις· τὸ δὲ πρᾶγμα ὅπως ἐποίησεν* (*οὐδαμῶς ἀλλὰ μόνον* add. N.), (; A) *ὅτι κατελθὼν ἐξ οὐρανοῦ* — (comma A) *μὴ δυνάμενος ἄνωθεν αὐτὸ* (*τὸ* A) *ποιεῖν, εἰ μὴ κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς.* Cui coniecturae primum grammatica obstat ratio. Neque enim *γὰρ* potest poni ad secundarium enuntiatum cum primario coniungendum. Quamquam paucis locis apud Iulianum in hunc modum positum est: 206, 16 *σκοπεῖτε οὖν εἰ μὴ καθ᾽ ἕκαστον τούτων ὑμῶν ἐσμεν κρείττους . . .· εἴτε γὰρ τὰς πρὸς τὴν χρείαν σκοπήσειας, εἴτε τὰς τοῦ καλοῦ χάριν μιμητικάς, οἷον . . . Ἀσκληπιοῦ, οὗ . . . χρηστήρια, ἃ . . . διηνεκῶς.* fr. ep. 375, 13 *ἄνθρωπος . . . συγγενής, εἴτε γὰρ* (secl. Hertl.) . . . *ἐξ ἑνὸς γεγόναμεν πάντες, εἴτε ὁπωσοῦν ἄλλως . . .* Sed his locis *γάρ,* siquidem genuinum est, per anacoluthon explicari potest propter sententiarum amplitudinem. C. 415, 23 duae editiones veteres praebent *καὶ γὰρ . . . γεγονώς,* codices *καὶ γὰρ . . . γέγονας.* Sed si hanc insolitam constructionem concedamus, sententia Neumanni coniecturae obstat. Neque enim, quemadmodum exspectamus, in sequentibus de confusione linguarum agit Iulianus, sed de discrimine morum. Praeterea antea non de alia re sed de confusione linguarum ipsa locutus est, ut nemo intellegat, cur utatur formula: *ἐπάνειμι δὲ αὖθις πρὸς ἐκεῖνο.* Itaque pronomine *ἐκεῖνο* nihil aliud significatur, nisi morum diversitas, ergo spectat ad 181, 8: *Τίς οὖν ἡ διαφορὰ τῶν ἐθνῶν ἐν τοῖς ἤθεσι καὶ τοῖς νόμοις;* Unde Iulianus ad linguarum confusionem digressus erat. Grammatica autem ratio docet post *ἐκεῖνο* graviore nota interpungendum esse, post *συνέχεεν* commate. Id unum ambiguum est, sitne post *Μωσῆς* interpungen- 183, 7—13 137 E 5 — 138 A 4

dum, quod fecit Aubertus, necne [1]); utrumque idem valet, sed illud auget perspicuitatem. Itaque hunc fere in modum hic locus vertendus est: Sed redeo illuc; linguas enim quomodo confuderit deus, dixit Moses: et causam, quod timore permotus esset, ne . . ., et ipsam actionem, de caelo eum descendisse . . . De morum autem diversitate nec Moses nec alius quisquam certi quidquam protulit. Unum nos offendat, quod *ὅπως — συνέχεεν* non respondet voci *αἰτία*. At enim Iulianus iam illud *τὸ δὲ πρᾶγμα ὅπως ἐποίησεν* in animo videtur habuisse, cum prius illud *ὅπως* scriberet. Ex iis, quae dixi, consequitur non recte Neumannum post *ἐποίησεν* inseruisse *οὐδαμῶς ἀλλὰ μόνον*.

183, 12. 13 138 A 2—4 183, 12. 13. Non displicet mihi Klimekii coniectura, qui *ἄνωθεν* ante *κατῆλθεν* ponit, nisi forte hic ut saepius nimia ubertate Iulianus usus est (vid. quae dixi ad 164, 15).

184, 14. 15 138 C 5. 6 Non minus primo adspectu arridet eiusdem coniectura ad p. 184, 14. 15 facta; ubi codices praebent: *ὁρᾶτε εἰς ὅσην ὑμῶν* (MO, *ἡμῶν* VA) *ἀτοπίαν ὁ λόγος ἔρχεται*, Klimekius *ὑμῶν* in *ὑμῖν* mutat. Quamquam Iulianus non raro mira verborum collocatione usus est. Conferamus locos hos: 201, 18 — 202, 1 *οὐκ ἠδύνατο τὰς προαιρέσεις ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἑαυτοῦ φίλων καὶ συγγενῶν μεταστῆσαι*, ubi genetivus ad *προαιρέσεις* referendus est. 206, 10. 11 *ἰᾶται ἡμῶν Ἀσκληπιὸς* (*Ἀσκλ. ἡμῶν* propter hiatum Neum.) *τὰ σώματα, παιδεύουσιν ἡμῶν αἱ Μοῦσαι σὺν Ἀσκληπιῷ . . . τὰς ψυχάς*. or. 1, 42, 16 *ἐπιλείψει με τἀκεῖνον διηγούμενον ὁ χρόνος ἀδικήματα*. ib. 51, 10 *ἐπιλείψει με τούτων ἕκαστον ὁ χρόνος διηγούμενον*. or. 4, 200, 20, 21 *τὸ θνητὸν ἀφανίσασα πυρὶ κεραυνίῳ τοῦ σώματος*. ep. Them. 345, 4. 5 *παρ᾽ ὑμῶν ἁπάσῃ μηχανῇ τῶν φιλοσοφούντων βοηθητέος εἶναί μοι δοκῶ*. Neque in plerisque quos attuli locis hiatus vitandi studium causa tam mirae collocationis fuit, quia etiam solito verborum ordine hiatus vitatur. His locis collatis vehementer dubitabimus, sitne Klimekii coniectura necessaria.

184, 17—21 138 C 8 — D 3 184, 17—21. *Εἰ τοίνυν τῶν ψυχικῶν ἡμῶν ἀγαθῶν κατωλιγώρησεν οὔτε* (*οὐδὲ* N.) *τῆς φυσικῆς* (V, *ψυχικῆς* M, naturalis O) *ἡμῶν κατασκευῆς προνοησάμενος, οὔτε ἡμῖν πέμψας* (*ἔπεμψε* N.) *διδασκάλους ἢ νομοθέτας . . ., ὑπὲρ τίνος ἕξομεν αὐτῷ καλῶς εὐχαριστεῖν;* Sane Cyrillus *φυσικῆς* in suo codice videtur legisse, ut e testimoniis a Neumanno allatis manifestum fit, prae-

1) Quod ego antea probavi sed Christii auctoritate permotus reieci.

terea ex 140 E 5. Nec obstat sensus. Nam *κατολιγωρεῖν τῶν ψυχικῶν ἀγαθῶν* dividitur in duo: *οὐ προνοεῖν τῆς φυσικῆς κατασκευῆς* et *οὐ πέμπειν διδασκάλους*. Cum autem haec sententia ea, quae praecedunt, complectatur, videmus *φυσικὴν κατασκευήν* pertinere ad morum et legum diversitatem (179, 7 — 184, 17. cf. Cyr. 140 E 5), *πέμπειν διδασκάλους* autem ad 177, 15 — 178, 13. Neumanni coniecturam sequentibus *ψυχικῶν* ad mores et leges referendum esset, quia *τοίνυν* particula conclusiva est et quia *οὔτε ἡμῖν ἔπεμψε διδασκάλους* ad ea, quae Iulianus ante legum diversitatem tractavit, pertinet; *οὐδὲ — προνοησάμενος* autem ad externa bona esset referendum. Sed eis verbis certe causa addenda esset. Et quae praecedit sententia: *τῶν ἀγαθῶν ... ἡγεῖται μὲν τὰ τῆς ψυχῆς, ἕπεται δὲ τὰ τοῦ σώματος* prorsus supervacanea esset, quia negaretur aut animae aut corpori provideri. Haec enim sententia, nisi de solis animi bonis in sequente sententia agitur, plane sensu caret. Si autem codicum lectionem tenemus, haec sententia id significat, corporum providentiam (quam quidem Iulianus non negat in vetere testamento deo tribui) comparatam cum rebus tam gravibus minimi momenti esse. Illud quoque Neumanni coniecturae adversatur, quod minime exploratum est *οὔτε* apud Iulianum „und nicht“ significare, quamquam non paucis locis in codicibus pro *οὐδὲ* deprehendimus.

186, 10—14. *Οὐκοῦν εἰ καὶ* (VO, *εἰκῇ* pro *εἰ καὶ* M) *προσ-* 186, 10—14
έταξεν ὥσπερ τὰς γλώσσας συγχυθῆναι καὶ μὴ συμφωνεῖν ἀλ- 143 D 1—5
λήλαις, οὕτω δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ τῶν ἐθνῶν, οὐκ ἐπιτάγματι (*δὲ* adi. M) *μόνον ἐποίησεν αὐτὰ* (M, *ἐποίησεν αὐτὸ* V, *ἐποίησε τοιαῦτα* N.) *καὶ πεφυκέναι δὲ* (*οὐδὲ* N.) *ἡμᾶς πρὸς ταύτην κατεσκεύασε τὴν διαφωνίαν* (VO, *διακονίαν* M). Si codicis M lectiones accipimus, conexus sententiarum ratione caret. Nec enim quia naturam rerum dei imperio convenire oportet, ideo iussum frustra est. Requirimus enim condicionem additam talem: nisi natura rerum cum imperio congruit. Sed de Iuliani sententia tum ne iuberi quidem potuit, sed potius natura iusso respondens creanda erat (cf. 186, 8). Hic autem est sensus, si lectionem in V traditam Oecolampadii testimonio firmatam accipimus, quae sic interpretanda est: 'Ergo etiamsi iussit ut linguas ita etiam instituta publica confundi, non mero iusso id fecit, sed nos ita comparavit, ut naturae nostrae cum hac diversitate consentirent.' *Οὕτω δὲ* apud Iulianum persaepe reperitur (ut or. 4,

178, 22. 224, 5. 23. M. 473, 11); item *δὲ* in apodosi; sed hic *δὲ* ante *μόνον*, quod in solo M traditur, cuius lectiones in hoc loco reicimus, delendum erit, quia e falsa lectione *εἰκῇ* profectum videtur esse. *Κατασκευάζειν* c. inf. eodem modo positum est, ut *παρασκευάζειν* 206, 3. or. 1, 13, 18. or. 1, 48, 19. ep. Ath. 361, 4. 363, 21. Cum igitur codicum lectio defendi possit, quam Aubertus quoque recte intellexit, Neumanni coniectura est supervacanea.

186, 18. 19 143 E 1–3 186, 18. 19. *Καὶ οὐδὲν ὁ ἀὴρ οὐδὲ ἡ χώρα τῷ πῶς ἔχειν πρὸς τὰ οὐράνια θέσεως* (*θέσις* coni. A.) *συμπράττει*. Neumannus pro *πρὸς τὰ οὐράνια θέσεως* scribit *πρὸς τὸ χρῶμα θεοῖς*. Sane *τὰ οὐράνια*, etsi non ita facile, ex *τὸ χρῶμα* fieri potuit. Accedit Cyrilli testimonium p. 145 D 6 *καὶ τῶν σωμάτων τὰ χρώματα πρὸς ἀπόδειξιν δέχεται*. Sed duo Neumanni coniecturae adversantur: primum *συμπράττειν* cum duplici dativo vix quisquam dixerit (quamquam or. 1, 29, 7 *συναγωνίζεσθαί τινι* significat ad aliquid conferre); deinde *ἔχειν πρός τι* significat aliquam rationem cum aliqua re habere, non esse aliqua qualitate. Itaque vix Graecum est *πῶς ἔχειν πρὸς τὸ χρῶμα*, at *πῶς ἔχειν πρὸς τὰ οὐράνια*. Traditam lectionem si contemplati sumus, *τὸ πῶς ἔχειν πρὸς τὰ οὐράνια* videmus non id esse posse, ad quod conferat aër et terra. Itaque cum *ἀὴρ* et *χώρα* coniungendum est et scribendum *οὐδὲ τὸ πῶς ἔχειν* aut *τό τε πῶς ἔχειν*. *Θέσεως* aut pro explicatione verborum *τὸ πῶς ἔχειν* olim margini adscripta habendum aut in *θεῷ* mutandum, quod Neumanniano *θεοῖς* praefero; nam etiam antea de uno locutus est Iulianus deo. Sed quoniam Neumanni coniecturam *πρὸς τὸ χρῶμα* reiecimus, quid faciamus Cyrilli verbis, qui aperte dicit Iulianum colores corporum in comparationem vocasse? Cum Iulianus albos et nigros homines inter se opposuisset, Cyrillus inde facillime effecit eum maxime corporum colores in animo habere. Id ut Cyrillus animadvertit, ita Iulianus merito expectare potuit legentes omnes animadvertere. Ceterum Iulianus, quia colorem non aperte memorat, certe etiam ceteras corporum proprietates in comparationem vocari voluit.

186, 19 — 187, 1 146 A 7–9 186, 19 — 187, 1. *Ὅτι δὲ καὶ ὁ Μωυσῆς ἐπεκάλυπτε τὸ τοιοῦτον εἰδώς* (*εἰδὼς ἐπ. τὸ τοιοῦτον* V, *εἰδὼς ἐπ. καὶ τοιοῦτον* A), *οὐδὲ τὴν τῶν διαλέκτων σύγχυσιν ἀνατέθεικε τῷ θεῷ μόνῳ* (*μόνον* VA). Neumannus *ἔτι* pro *ὅτι* scribit, quod etsi sententiarum nexui non adversum, tamen minime necessarium est.

Nam Iulianus hic breviloquentia usus est non insolita, ut or. 8, 320, 4—6 *ὅτι δὲ οὐκ ἀμάρτυρος ὁ λόγος ἐστί μοι, ῾Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει᾿ φησὶν ὁ Σικελιώτης.* or. 7, 294, 16—20 *ἀλλ᾿ ἵνα μή σε . . . ἐπίσχω· . . . καὶ πεδήσω, σὺ δὲ οὐδὲ τὸν Δημοσθένους ἀκήκοας μῦθον.* Breviloquentiam etiam Oecolampadius cognovit, qui post *μόνῳ* 'hinc accipe' addidit, ergo sequentem sententiam pro apodosi accepit.

187, 10. 11. *Τί οὖν ἐν μακροῖς εἰπεῖν βουλόμενος τοσαῦτα ἐπεξῆλθον;* Neumannus *οὐκ* post *οὖν* inseruit atque ita hunc locum Germanice vertit: „Wozu habe ich nun aber eine so lange Auseinandersetzung gegeben, wo ich doch in Kürze reden wollte?" Sed labefactatur haec coniectura eo, quod *ὡς* in initio sequentis enuntiati positum minime illi *τί*, quod 'cur' significat, respondet. Itaque Neumannus in interpretatione Germanica verba: „Aus folgendem Grunde" post interrogationem inseruit. Sed equidem ex illo ipso *ὡς* iudico *τί* non 'cur' significare, sed accusativum pronominis esse ab *εἰπεῖν* pendentem, ut tota sententia in hunc modum Latine vertenda sit: 'Quid igitur dicturus multis verbis, tam multa exposui?' Sed nonne in hoc enuntiato pleonasmus inest vix tolerabilis? *Ἐν μακροῖς* certe mirum; exspectamus enim *ἐν τοῖς μακροῖς* vel *ἐν οὕτω μακροῖς.* Nec tamen ita mihi mutandum esse videtur. Scribo: *ἐν μικροῖς*: 'Quid igitur brevibus dicturus, tam multa exposui?' Quae Iulianus multis verbis exposuit, ea nunc breviter dicere vult ea sententia, quae sequitur: *ὡς εἰ μὲν εἴη κτλ.* — *Μικρὰ* apud Iulianum non raro 'pauca verba' significat: or. 1, 3, 18. ib. 58, 18. or. 7, 265, 22. ib. 279, 10. 306, 16. ep. 35, 530, 3. ep. 63, 586, 21.

187, 10. 11
148 B 2. 3

187, 16 — 188, 1. *Καὶ οὐ καθίσταμεν αὐτὸν οὐδὲ ἀντιμερίτην τῶν ὑπ᾿* (VA, *ἐπ᾿* M) *αὐτὸν θεῶν καθισταμένων.* Mihi *καθισταμένων* suspectum est (cf. ad 168, 11). Nam aut nihil requirimus aut *καθεστηκότων.*

187, 16—18
148 C 1—3

188, 2 *ἀντιτίθησιν* Neumannus perperam coniecit pro *ἀνατίθησιν;* in hoc enim sensus inest aptissimus: ea de causa Iulianus dicit se tam multa verba fecisse, ut demonstraret, si Moses vere mundi opificem pronuntiavisset, gentes de eo meliores sententias habere, sin particulari deo mundi creationem tribueret (*ἀνατίθησιν*), melius esse et illum particularem et summum deum cognoscere, quam illum pro summo venerari. Qui contra dici possit Mosem deum particularem, quem veneratus sit, opponere universi imperio, equidem non intellego. Quod autem Oecolam-

188, 2
148 C 4

padius 'opponitur' scribit, *ἀνατίθησιν* et *ἀντιτίθησιν* videtur confudisse.

188, 8 152 B 7. 8 188, 8. Non recte Klimekius (p. 25) pro *αὐτοῖς ῥήμασιν* scripsit *αὐτοῖς τοῖς ῥήμασιν*. Tradita enim lectio etsi nullo Iulianeo exemplo, tamen nonnullis ex aliis scriptoribus ductis confirmatur, quae mihi tradidit I. Muellerus, magister meus benevolentissimus, quem semper gratissimo animo prosequar: Galen. IV 780, 9 *αὐτοῖς ῥήμασιν*. id. *περὶ ἐθῶν* 15, 23 Muell. *αὐτοῖς ὀνόμασιν*. id. tom. X 13 Kuehn. Arrian. diss. Epist. prooem.

189, 12. 13 155 D 7. 8 189, 12. 13. *Εἶτα πῶς οὐκ ἀνέστειλεν αὐτὸ* (*αὐτὸς* N.) *ζηλῶν οὕτω* ...; In Neumanni coniectura obiectum ab *ἀνέστειλεν* pendens requirimus. Sin tradita scriptura tenetur, *αὐτὸ* obiectum est: 'Cur igitur id non coërcuit . . .?' *Αὐτὸ* libere ad praecedentia refertur, i. e. ad *τὸ προσκυνεῖν τοὺς ἄλλους θεούς*. Comparemus enim hos locos: 218, 9 *ὅτι δὲ οὐχ* ... *ἀκάθαρτα ἐνόμισεν αὐτὰ εἶναι* (sc. *τὰς θυσίας* (7). or. 5, 220, 15 *οἱ παλαιοὶ τῶν ὄντων ἀεὶ τὰς αἰτίας . . . ζητοῦντες . . . , ἔπειτα εὑρόντες ἐσκέπασαν αὐτὰ μύθοις παραδόξοις*. or. 6, 242, 20 *ἡγεμόνα μὲν οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν, ἐφ᾽ ὃν ἀνενέγκαι χρὴ πρῶτον αὐτὸ* (sc. philosophiam cynicam). or. 7, 268, 15 *οὕτω τοι καὶ Ἡσίοδος φαίνεται αὐτὸ πεποιηκώς* (sc. *τὸν αἶνον* 9). ib. 279, 4 *φαίνονται γὰρ πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων αὐτὸ καὶ τῶν θεολόγων ποιήσαντες* (sc. *μυθογραφίαν*). ib. 306, 22 *τίς οὖν ἡ Πυθαγορικῶν εὐλάβεια . . ., τίς δὲ ἡ Πλάτωνος; ποταπὸς δὲ ἦν ἐν τούτοις Ἀριστοτέλης; ἆρ᾽ οὐκ ἄξιον αὐτὸ ἰδεῖν;* M. 470, 14 *ὑπὲρ μὲν δὴ τῶν βλασφημιῶν, ἃς . . . κατεχέατέ μου . . ., ἐμαυτοῦ προσκατηγορήσας ὑμῖν ἐπιτρέπω χρῆσθαι μετὰ μείζονος αὐτῷ παρρησίας* (sc. *τῷ καταχέαι μου βλασφημιῶν*, v. Hertl. ad h. l.). Similem usum apud Platonem (quod me monuit magister meus Muellerus) et apud Thucydidem reperimus (velut 1, 68, 1. 2. 69, 1. 74, 1. 138, 3, cf. Classen ad 1, 5, 2 et 1, 1, 2).

189, 17 155 E 3. 4 189, 17. *Τὸ δεύτερον δὲ τοῖς ἡμετέροις ἔργοις ὁμολογεῖ*. Equidem pro *ἔργοις* requiro *δόξαις* vel simile aliquid. Sed non mutandum sed delendum *ἔργοις* puto ut ex iteratis ultimis praecedentis vocabuli syllabis ortum. Passim enim in hoc libro Iulianus *τὰ ἡμέτερα* et *τὰ παρ᾽ ἡμῖν* vel similia usurpat, etiam in obliquis casibus (velut 164, 3. 10. 14. 192, 3).

194, 7—13 178 B 8 — C 6 194, 7—13. *Τὰ δὴ τρία μετὰ τῆς συναρίθμου μουσικῆς Ἕλληνες εἰς ἓν συνῆψαν, ἀστρονομίαν γεωμετρίᾳ προσυφήναντες, ἀμφοῖν δὲ προσαρμόσαντες τοὺς ἀριθμοὺς* (M, *τοὺς ἀρ. πρ.* VA)

καὶ τὸ ἐν τούτοις ἐναρμόνιον κατανοήσαντες (M B 2, *καταστήσαντες* VA). *Ἐντεῦθεν ἔθεντο τῇ παρὰ σφίσι μουσικῇ* (M, *τὴν π. σφίσιν μουσικὴν* VA) *τοὺς ὅρους, εὑρόντες τῶν ἁρμονικῶν λόγων πρὸς τὴν αἴσθησιν τῆς ἀκοῆς* (*τὴν τῆς ἀκ. αἴσθ.* VA) *ἄπταιστον ὁμολογίαν ἢ ὅτι μάλιστα τούτου* (*τούτου μάλιστα* N) *ἐγγύς*. *Τὰ δὴ τρία* Klimekius (p. 25), nescio an recte, in *ταῦτα δὴ τρία* mutavit, cf. quae de *οὗτος* ad numeros posito ad 176, 3 adnotavi.

Verba *τὰ δὴ τρία* usque ad *συνῆψαν* nunc rectius Neumannus quam antea intellegit doctus ab Hillero (cf. Theol. Literaturzeitung l. l.). Paene eodem sensu equidem hunc locum acceperam. Sed in eo ab Hillero dissentio, quod is musicam non praeter numeros exstare sed eorum partem esse dicit ideoque *συναρίθμου* Germanice convertit: „in dieser Dreiheit (i. e. in arithmetica, geometria, astronomia) inbegriffen.“ Neque enim sic quartum his tribus addi potuit. Et in sequentibus Iulianus musicae propterea e numeris certos fines ait positos esse, quod in eis harmonicum quiddam inesse animadversum sit, non quod musica ipsa in eis insit; ita etiam arithmetica astronomiae et geometriae ob eam causam adiuncta est, quod illae numeris continentur, non quod numeri earum pars sunt. Itaque *συνάριθμος* potius vertendum: 'huic numero additus'. Sed quoniam id nimis durum videtur, vehementer probo eam quam Guil. Christius proposuit coniecturam: *μετὰ τῆς ἐναρίθμου μουσικῆς*, h. e. cum musica, quae numeris continetur. Cf. Plat. Phileb. 17 E; Soph. 258 C.

In sequentibus (9. 10) Usenerus (in Theol. Literaturzeitung l. l.) post *ἀριθμούς* colon ponendum et punctum post *κατανοήσαντες* delendum censet. Haud dubie verba *ἐντεῦθεν ἔθεντο* . . . cum prioribus coniungenda sunt, quia Iulianus dicere voluit astronomiae, geometriae, arithmeticae musicam adiunctam esse, quod verbis *καὶ* ... *κατανοήσαντες* non nisi obscure adumbraret. Nec id nimis offendit me, quod participium *προσαρμόσαντες* continuatur verbo finito, quod non ita insolitum apud Iulianum est. Tamen facilius crediderim voce *καὶ* coniungi *προσαρμόσαντες* et *κατανοήσαντες*. Itaque colo post *ἀριθμοὺς* omisso colon post *συνῆψαν* ponendum arbitror, locum autem in hunc modum vertendum esse: 'Haec tria cum musica numerosa Graeci in unum conexuerunt: astronomia geometriae attexta, utrique autem adiunctis numeris (i. e. arithmetica) et animadverso, quod in eis inesset, harmonico inde musicae, quae apud eos colebatur, fines posue-

runt'. Videmus verba *τὰ δὴ τρία . . . συνῆψαν* verbis sequentibus explicari. Nec is asyndeti usus apud Iulianum insolitus est, cf. 164, 13 (locum simillimum). 174, 10. 198, 1. C. 395, 22.

197, 3 198 C 2. 3 197, 3. *Ταύτῃ τοι καὶ τὸ παρ' Ἑβραίοις (προφητικὸν πνεῦμα) ἐπέλιπεν.* Verba uncis inclusa Neumannus e Cyrilli refutatione (p. 199 D 2) addidit. Sed nec orationis contextus id postulat nec Cyrillus aliter scribere potuit, quod antea Graecorum spiritum *πνεῦμα τῶν ψευδομάντεων* vocaverat.

197, 6—9 198 C 5—10 197, 6—9. Ὁ (ὃ A) *δὴ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης καὶ πατὴρ Ζεὺς ἐννοήσας, ὡς ἂν μὴ παντάπασι τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἀποστερηθῶμεν κοινωνίας, δέδωκεν ἡμῖν διὰ τῶν ἱερῶν τεχνῶν ἐπίσκεψιν, ὑφ' ἧς πρὸς τὰς χρείας ἕξομεν τὴν ἀποχρῶσαν βοήθειαν.* Haud scio an scribendum in initio sit: *Ὃ δὴ ὁ φιλάνθρωπος . . .* Saepissime enim Iulianus relativo pronomine ad coniungendas sententias utitur, velut 226, 10 *ὃ δὴ καὶ τοὺς ἀποστόλους ὑμῶν εἰκός ἐστι . . . παραδοῦναι.* or. 5, 216, 18 *ὃ δὴ βουλόμενος ὁ μῦθος διδάξαι.* ep. Them. 339, 26. ep. 7, 487, 1.

198, 11 201 E 10 198, 11. *πεπόνθειτε* non satis iuste, ut videtur, Neumanus in *ἐπεπόνθειτε* mutavit, quamquam *ἐπεπράγειτε* praecedit. Plusquamperfectum sine augmento, quod ne ab Atticis quidem alienum est, apud Iulianum saepius deprehendimus, velut 180, 20 *ἐντέθραπτο.* or. 1, 29, 14 *πεποίητο.* 1, 34, 2 *τέτραπτο.* 1, 43, 14 *προδέδοτο.*

199, 6. 7 205 E 8. 9 199, 6. 7. *Ἁγνείας μὲν γὰρ οὐδὲ γὰρ εἰ πεποίηται μνήμην ἐπίστασθε.* Subiectum desideramus. Aut igitur *μνήμη* scribendum est, cui coniecturae obstat hiatus, aut antea quaedam exciderunt, unde subiectum supplendum esset, cui opinioni Cyrilli verba 205 E refragari videntur (v. supra ad 205 E — 206 B), aut subiectum hoc loco inserendum est. *Γὰρ* in M bis legimus, Aubertus unum prius recepit, Neumannus unum alterum, minus recte, ut opinor. Nullum enim exemplum Iulianeum eius coniecturam confirmat. Nam or. 1, 59, 14. 5, 225, 21. 7, 304, 9. ep. 17, 498, 3. 27, 519, 1 ea, quae ante coniunctionem sunt, artissime sunt inter se coniuncta, quod in hunc locum non pariter quadrat.

199, 7. 8 205 E 9. 10 199, 7. 8. *Ζηλοῦτε δὲ αὐτῶν τοὺς θυμοὺς καὶ τὴν πικρίαν.* Neumannus, qui fr. 191 DE inter 202 A et 205 E ponit, *αὐτῶν* in *Ἰουδαίων* mutat. Sed cum supra ad fr. 191 DE mihi videar demonstrasse illam collocationem perversam esse, etiam hanc coniecturam necessariam esse nego. Namque antea de iis agitur, quae Christiani de Iudaeorum rebus asciverint, quae con-

tempserint. Itaque nemo non intellegit *αὐτῶν* ad Iudaeos pertinere. Pronomen igitur libere ad superiora relatum est, de qua re dixi ad p. 189, 12.

199, 9—11 *Καὶ ἀπεσφάξατε . . . τῶν ἐξ ἴσης ὑμῶν* (*ὑμῖν* A) 199, 9—11 206 A 1—4
πεπλανημένων αἱρετικῶν (*αἱρετικοὺς* N.) *τοὺς μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῶν* (*ὑμῖν* A) *τὸν νεκρὸν θρηνοῦντας*. Neumanni coniectura supervacanea est. Nam *αἵρεσις* de christianismo dicit Iulianus, ut 164, 10. 225, 6, praeterea de philosophorum sectis: 203, 6. or. 6, 239, 18. 243, 12; quamquam etiam eodem ut Christiani sensu dicit: ep. 52, 559, 23: *τῶν λεγομένων αἱρετικῶν*.

201, 6. *Καὶ* in initio fragmenti 213 A iniuria Neumannus 201, 6 213 A 6
inseruit. Primum enim dubium an sit antea lacuna — quamquam nihil desideratur —, deinde asyndeto enumerativo saepe Iulianus usus est, velut 198, 1 sqq. 200, 9 sqq. 203, 4 sqq. or. 1, 47, 23 sqq. fr. ep. 372, 27. 28. M. 443, 15 sq. 446, 5—12. 453, 1. Nec magis recte Neumannus p. 235, 8 *καὶ* addidit.

201, 10. Neumannus post *γενόμενος* inseruit *ἄνθρωπος*, 201, 10 213 A 10
quod minime necessarium est. Opposita enim sunt, quae ante natum Iesum quaeque post facta sunt. Cur autem hic Iulianus necessario se ad Christianorum verba applicaverit, non assequor. Immo vero, ubi Christianorum verbis utitur, *φατέ, φασίν, λέγετε* addit (8. 11. 15).

202, 16 — 203, 1. *Ἀλλ' ὁ* (*ὅτι* A, *ὅτε* Spanh.) *τῆς πολι-* 202, 16 — 203, 1
τείας θεσμὸς καὶ τύπος τῶν δικαστηρίων, ἡ δὲ περὶ τὰς πόλεις 221 E 5—9
οἰκονομία καὶ τὸ κάλλος, ἡ δὲ ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐπίδοσις, ἡ δὲ ἐν ταῖς ἐλευθερίοις (N., *ἐλευθέροις* M) *τέχναις ἄσκησις οὐχ Ἑβραίων μὲν ἦν ἀθλία καὶ βαρβαρική;* Neumannus ante *τὸ κάλλος* lacunam statuit, quam genetivo *τῶν πολιτῶν* explendam censet. Etiam mihi vocabulum aliquod excidisse videtur a *τὸ κάλλος* pendens, neque vero id, quod Neumannus suspicatur. Neque enim verba *τῶν πολιτῶν τὸ κάλλος* eam quam Neumannus eis tribuit vim habent: „die bürgerliche Tugend“. Veri simile est *τὸ κάλλος* ad aliquam rei publicae institutionem pertinere, quoniam cum prioribus artius coniunctum est quam cum sequentibus. Cum autem ex iis institutionibus publicis, quae sunt gravioris momenti, solae leges non sint nominatae, inserendum esse censeo *τῶν νόμων*, quod quidem post *οἰκονομία* facile excidere potuit. Dixerit aliquis de legibus iam p. 188, 6 sqq. dictum esse. Sed illic ea tantum praecepta, quae ad mores pertinent, tractata sunt, hic leges civiles intelleguntur, ut postea de

iis agitur, quae ad cultum dei spectant (216, 16 sqq.). Ceterum etiam de insequentibus (ἡ ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐπίδοσις et ἡ ἐν ταῖς ἐλευθερίοις τέχναις ἄσκησις) iam ante dictum est (193, 15 sqq.). Facile hic meminimus Cyrilli verborum, quae p. 4 sq. attuli, quibus Iulianum bis et ter quaedam dixisse affirmat. Neque vero τῶν νόμων τὸ κάλλος insolite dictum esse nego neque id ullo exemplo possum confirmare. Praeterea id offensioni est, quod ἀθλία καὶ βαρβαρική (203, 1) non potest ad τὸ κάλλος referri, sed vocabulum anceps postulat, qualia cetera huius sententiae subiecta sunt. Sed illud ἀθλία καὶ βαρβαρική, cum longo intervallo a τὸ κάλλος separatum sit, ad proxime tantum antecedentia relatum est.

205, 1–3 229 C 6–8 205, 1—3. Ἡ δὲ συνείδησις τοῦ βλέποντος ἀδελφοῦ σκανδαλισθείη ἂν καθ' ὑμᾶς, ὦ σοφώτατοι φάναι. M et B post σοφώτατοι vacuum spatium praebent, quod in M XVIII litteris expleri potest. Neumannus id spatium ita explevit, ut pro φάναι scriberet καὶ ὑπερήφανοι, ingeniose illud quidem neque tamen, ut mihi videtur, recte, primum quia σοφώτατοι laudem (nempe ironicam), ὑπερήφανοι vituperationem continet, deinde quia raro positivus cum superlativo coniungitur (M. 457, 19 τὸ δυσκλεέστατον τῶν ἔργων καὶ ἐπονείδιστον; minus huc pertinet 460, 11 μακαριώτατον καὶ πολυτίμητον). Sane illo spatio indicari videtur quaedam omissa esse, nec tamen necessario, cum praesertim codicis Monacensis corrector (B 2), quem bono codice usum esse Neumannus p. 146 sq. docet, in margine adnotaverit: οὐδὲν λείπει. Posse autem defendi codicum lectionem sine lacuna nemo negabit, si legerit or. 6, 249, 21 τῷ κενοδόξῳ, κατὰ σὲ φάναι, Διογένει (cf. c. Chr. 220, 19 ἵν εἴπω καθ' ὑμᾶς). Itaque mutata interpunctione scribendum puto: Ἡ δὲ συνείδησις τοῦ βλέποντος ἀδελφοῦ σκανδαλισθείη ἄν, καθ' ὑμᾶς, ὦ σοφώτατοι, φάναι. Si quid autem excidit, synonymon vocis σοφώτατοι excidisse veri simile est cum σοφώτατοι particula καὶ coniunctum.

205, 7–10 229 D 5–8 205, 7—10. Ἀλλ' ἴστε καὶ ὑμεῖς, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τὸ διάφορον εἰς σύνεσιν τῶν παρ' ὑμῖν (γραφῶν πρὸς τὰς ἡμετέρας κακόν, καὶ ὡς ἐκ τῶν παρ' ὑμῖν) οὐδεὶς ἂν γένοιτο γενναῖος ἀνήρ. Neumannus verba uncis inclusa ex Oecolampadii interpretatione addidit, nisi quod 'divinarum' neglexit. Hic locus et 196, 2 (per illud tempus add. O) argumento sunt Oecolampadium pleniore codice usum esse; adde 174, 14. 190, 7. 205, 15.

Nam in hoc quidem, de quo agimus, loco minime possum adduci ut putem eum, quae addidit, coniectura addidisse, propterea quod ea sensu carent. Sensum autem eorum quae Neumannus addidit verborum expedire non possum, nisi statuo *διάφορον* hic non habere vim diversi, sed praegnanter significare: magis ad aliquid utile. Vertendum igitur ita fere: „dafs das, was eure Schriften vor den unsrigen für die Bildung der Einsicht voraushaben, schlecht ist“. Quamquam haec verba duriuscula sunt. De vocis *διάφορος* usu cf. or. 1, 16, 29 *καὶ οὐδὲν διάφορον προσῆν εἰς παιδείας λόγον τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἄλλων.* Platon. polit. 272 C. leg. 722 B. 779 B (Ast, lex. Plat. s. v.).

206, 12. *Ἄρης δὲ καὶ Ἐνυὼ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον συναγωνίζεται.* 206, 12 235 B 7. 8
Propter numerum verbi singularem Neumannus *Ἄρει* pro *Ἄρης* scripsit. Quod si accipimus, *καὶ* delere debemus, quo Enyo plus aequo efferretur. Sed tradita lectio recte se habet. Singularis enim positus est, quod *Ἄρης* multo nobilior deus est quam *Ἐνυώ*, ut *Ἄρης καὶ Ἐνυώ* idem sit atque *Ἄρης σὺν Ἐνυοῖ*, quemadmodum etiam antea dictum est *Μοῦσαι σὺν Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Ἑρμῇ λογίῳ*. Scilicet ad *συναγωνίζεται ἡμῖν* supplendum est. Neumanni autem coniectura ei rei, quod plures sunt belli dei, nimium ponderis tribuitur. Quod noluisse Iulianum vel eo probatur, quod in primo et quarto huius enuntiati membro unum tantum nomen appellatur. Nec si Neumanni coniecturam probamus, dictum est, quod certe Iulianus dicere voluit, deos hominibus opitulari.

207, 9. 10. *Ἀνθ' ὅτου* (*δὲ* add. N.) *μηδὲ τοῖς Ἑβραικοῖς λόγοις* 207, 9 238 A 8. 9
ἐμμένετε μηδὲ (sic M, *μήτε* falso N.) *ἀγαπᾶτε τὸν νόμον;* Sane *δέ*, ut in novi fragmenti initio, facile intercidere potuit; nam etiam 178, 14 et fortasse aliis quoque locis Cyrillus particulam omisit. At idem plurimis locis eam servavit. Iulianus autem asyndeti amans est; quod hic efficacius est quam coniunctio, quia ea interrogatio subita et abrupta est, ut 188, 6 *ὁ νόμος ἐστὶν ὁ τοῦ Μωσέως θαυμαστός* et 220, 8 loco nostri simillimo: *ἀνθ' ὅτου περὶ τὴν δίαιταν οὐχὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὁμοίως ἐστὲ καθαροί;*

207, 16. 17 *Παρυφὴν κακῶν εἰργάσασθε. Παρυφή* significat 207, 16 238 B 8. 9
aliquid attextum vel intextum; cf. Becker, Charikles, ed. H. Goell III 255, C. Fr. Herm. Antiq. Graec. IV 179, 4 (ed. Bluemn.). Metaphorice praeter hunc locum nusquam reperitur (v. Thes. l. Gr. s. v.). Sed hoc loco potest nulla alia inesse vis quam rei

solitum egredientis. Sed ea quomodo ex propria huius vocis vi duci possit, non perspicio. Mea quidem sententia nulla alia vis duci potest nisi aut supervacanei, a re alieni aut inanis ornamenti. *Παρυφὴ* enim ornatui erat. — Certe facilis mutatio est, si *κορυφὴν* scribimus, quod sensui satisfacit. Quamquam *κορυφὴν ἐργάζεσθαι* insolite neque eleganter dictum est.

208, 16—19 238 E 1—5 208, 16—19. *Τοῦτο δὲ οἶμαι καὶ μάλα εἰκότως συμβαίνει πᾶσιν ἔθνεσιν· καὶ* (*γὰρ* add. N.) *βίοις ἀνθρώπων ἑτέρων, καπήλων, τελωνῶν, ὀρχηστῶν, ἑταιροτρόφων* (N., *ἑτεροτρόπων* M, levium O) *καὶ ἁρμόττειν ᾠήθητε* (*ᾠήθητε χρῆναι* A Neum. p. 17) *τὰ παρ' ὑμῖν*. Klimekius p. 26 huius loci structuram aliter ac Neumannus constituit: *τοῦτο . . . ἔθνεσιν* pro parenthesi accipit et *καὶ βίοις ἀνθρώπων . . . ὑμῖν* cum praecedente enuntiato (*καὶ . . . ἐπιτεῖναι τὴν παρ' ἡμῖν ἐφιλοτιμήθετε χυδαιότητα*) coniungit.

Τοῦτο certe ad *ἐπιτεῖναι τὴν χυδαιότητα* referendum est. Quid autem sibi vult illud *συμβαίνει πᾶσιν ἔθνεσιν*? Nonne ei sententiae, quam Klimekius vult, causa addenda fuit, nisi prorsus supervacanea vocari debet? Sed etiam Neumannum si sequeris, offensioni tibi erit illud *πᾶσιν ἔθνεσιν*.

Quid si colon post *συμβαίνει* ponamus et dativos ad *ἁρμόττειν* referamus? Tum prior sententia ita vertenda est: 'Et id naturaliter accidit'. Cui addita causa per asyndeton est. Similes sententiae apud Iulianum sunt: or. 1, 55, 15 *τοῦτο δὲ οἶμαι καὶ μάλα εἰκότως συμβαίνει*. or. 5, 224, 6 *καὶ τοῦτο εἰκότως γίνεται· χρὴ γὰρ . . .* [ep. 24, 506, 21] *καὶ τοῦτο οὐκ ἀπεικότως ἡμῖν μόνοις συμβαίνει· ἔδει γὰρ . . .*

Sed duobus offendor. Primum quid *ἑτέρων* significat? Lectio haud dubie depravata emendanda est. Pro *ἑτέρων*, quod fortasse ex eo, quod sequitur *ἑταιροτρόφων* natum est, vocabulum interponendum est, quo *καπήλων* etc. comprehendantur. Equidem suspicor *πονηρῶν*, cuius prior syllaba propter *ἀνθρώπων*, quod praecedit, facile excidere potuit; cf. ep. 42, 544, 17—19 *πῶς οὐ τοῦτο ἐκεῖνο καπήλων ἐστίν, οὔτι χρηστῶν ἀλλὰ παμπονήρων ἀνθρώπων;* Deinde *καὶ* ante *ἁρμόττειν* adulterinum est; quod ita in textum irrepsisse videtur, ut aliquis legentium vel librariorum *καὶ βίοις* etc. cum *συμβαίνει* coniunxerit. Iam nihil offendit: 'Omnibus enim gentibus (i. e. diversissimis moribus) et vitis hominum malorum vestra putastis consentire oportere.'

209, 15—17 245 C 8 — D 1 209, 15—17. *Ὁρᾷς, ὅτι καὶ τούτους γενέσθαι φησὶ τοιού-*

τους, ἁγιασθῆναι δὲ καὶ ἀπολούσασθαι, ῥύπτειν ἱκανοῦ καὶ διακαθαίρειν ὕδατος εὐπορήσαντος (*εὐπορήσαντας* A), *ὃ μέχρι ψυχῆς εἰσδύσεται. Ὕδωρ εὐποροῦν* prorsus obscurum. Itaque, quod Aubertus praebet, *εὐπορήσαντας* recipiendum est.

213, 2—4. *Ὥσπερ* (*εἴπερ* coniectura AN., si O) *οὖν ἐκ τούτων ἐπιχειρεῖτε συμβιβάζειν, ἐπιδείξατε μίαν ἐκεῖθεν ἑλκύσαντες ῥῆσιν, ὅποι ἐγὼ πολλὰς πάνυ* (*πολλὰς πάνυ ἐγώ* N). Locus non nihil difficultatis habet. Quaerendum videtur, quo pertineant *ἐκ τούτων* et *ἐκεῖθεν* et *ὅποι*. *Ἐκ τούτων* ad praecedentia sacrae scripturae verba spectat, incertum utrum ad proxime praecedentia an ad omnia, quae inde ab 211, 6 allata sunt. *Ἐκεῖθεν* autem et *ὅποι* mihi vix alio pertinere videntur quam ad sequentia. Et mirum sane, quod Iulianus ex uno Deuteronomio locos ad suam sententiam probandam affert. Considerantes autem Iulianum, ut Cyrillus 168 A 5—7 (v. p. 13) ait, putasse Esdram suo arbitrio quaedam ad Mosis scripta addidisse, non sine causa suspicabimur eum unum Deuteronomium credidisse genuinum, ceteros Pentateuchi libros ex eo profectos esse Esdrae additamentis adiectis. Nam Numerorum quidem librum si genuinum iudicasset, qui potuit Num. 24, 17 lectionem *Ἰεσσαὶ* pro *Ἰσραὴλ* probare (cf. Neum. ad 212, 16)? Neque causa esset, cur Cyrillus 261 B 3—4 scriberet: *ἓν δὲ καὶ τοῦτο* (sc. *οἱ ἀριθμοί*) *τῶν τοῦ πανσόφου Μωσέως ἐστὶ βιβλίων.* Contra Genesin fortasse Mosi non abiudicavit, quia paulo infra verba inde ducta ei tribuit (215, 1 sqq.). At Cyrillus testatur loco supra allato Iulianum sibi in ea re non constare, idque eo confirmatur, quod Iulianus 192, 14 eundem locum adulterinum esse significat, quem 190, 7 Mosi adiudicat. — Sed haec coniectura est, cui quantum ponderis sit tribuendum, videant alii. 213, 2—4 262 A 3—6

Offendit me *ὅποι* (3), quod pro *ὅθεν* vel *ὁπόθεν* positum videtur. Sed Iulianus 170, 2 *οὐδαμόθεν* pro *οὐδαμοῦ*, [ep. 24, 507. 12. 14] *πανταχοῦ* pro *πανταχοῖ*, ep. 58, 567, 19 *ἐκεῖσε* pro *ἐκεῖ* scripsit. Si quis autem *ὅποι* vitiatum putat, scribat *ὅθεν* vel *ὁπόθεν*, quo hiatus quoque tollitur.

214, 6—10 *Ἔστω δὴ καὶ τοῦτο λεγόμενον ὑπὲρ θεοῦ, καίτοι μηδαμῶς εἰρημένον· οὐ γὰρ ἦν παρθένος ἡ γεγαμημένη καὶ πρὶν ἀποκυῆσαι συγκατακλιθεῖσα τῷ γήμαντι. Δεδόσθω δὲ λέγεσθαι περὶ τούτου* (*ταύτης* N.) — *μή τι θεόν φησιν ἐκ τῆς παρθένου τεχθήσεσθαι;* Iulianus demonstraturus erat Christianos 214, 6—10 262 C 9 — D 2

deum Christum putantes a vetere testamento dissentire. Nec enim Mosis (210, 16, — 214, 4), nec Iesaiae voces consentire. Mirum igitur, si id, quod impugnaturus est, concedit (*ἔστω … θεοῦ*); magis mirum *καὶ τοῦτο*, quasi hoc antea concessum sit. Nec quadrat addita causa (*οὐ γὰρ ἦν παρθένος . . .*). Praeterea, quod concessum est verbis *ἔστω … θεοῦ*, non potest excipi verbis *δεδόσθω δὲ λέγεσθαι περὶ τούτου*, nec, ut vult Neumannus, . . . *περὶ ταύτης*. Denique apodosis *μήτι … τεχθήσεσθαι* idem significat, quod concessio. Hae omnes tolluntur difficultates, si pro *θεοῦ Ἰησοῦ* posuerimus. Tum *καὶ τοῦτο* quoque explicatur; nam etiam 211, 9 simile concessum est.

214, 24 276 E 8. 9 214, 24. Pro Deut. 32, 39 Neumanno in margine scribendum erat Hos. 13, 4.

216, 10—14 291 A 3—7 216, 10—14. *Πῶς οὖν ὁ Ἰησοῦς . . . παραδέδοται προστάττων· ʻΠορευθέντες . . .ʼ, εἴπερ καὶ αὐτῷ λατρεύειν ἔμελλον*; Iulianus dicere vult Iesu verba (Matth. 28, 19) a Mosis verbis, qui unum deum coli iubeat, abhorrere. Cum autem *αὐτῷ* ad Iesum spectet, necessario scribendum: . . . *εἴπερ μὴ καὶ αὐτῷ λατρεύειν ἔμελλον*.

216, 19 — 217, 2 289 B 1—7 216, 19 — 217, 2 Cyrilli verba: *ἔθεσι γὰρ καὶ νόμοις . . . τοῖς αὐτοῖς κεχρῆσθαί φησι τούτους τε κἀκείνους πλὴν δύο που μόλις ἢ τριῶν, τοῦ μὴ εἰδέναι θεοὺς ἑτέρους καὶ τῆς παρʼ αὐτοῖς ἡπατοσκοπικῆς ὠνομασμένης θυσίας* (punctum N.) (*τί δὲ* adi. N.), *τὸ χρῆμα*. (punctum delevit N.) *ἐπεὶ τά γε ἕτερα κοινά . . . διατείνεται*. (interr. sign. N.). Nihil mutandum est: *τὸ χρῆμα* ab *εἰδέναι* pendet, genetivus *τῆς . . . θυσίας* a *χρῆμα*, quod similiter dictum est ut 257 B 4 *τῆς προφητείας τὸ χρῆμα*. 259 A 4 *τὸ τῶν λόγων χρῆμα*. 353 A 6 *τὸ χρῆμα τῆς περιτομῆς*.

217, 9 298 E 5 217, 9 Cyrilli verba: *αὐτὸν ἔφη τὸν νομοθέτην ἐφεῖναί οἱ* (*ἱερεῖ* N.) *τοῦτο δρᾶν*. Equidem aut *τῷ ἀρχιερεῖ* pro *οἱ* aut nihil requiro. Itaque *οἱ* delendum esse censeo.

220, 11. 12 314 C 8—10 220, 11. 12 *Ὅτι πάλαι μὲν αὐτὰ ἐνόμισεν ὁ θεὸς μιαρά*. Pro *αὐτὰ* requirimus *τινὰ* vel *ἄττα*, quod fortasse Oecolampadius legit. Id etiam eo commendatur, quod sequitur *νυνὶ δὲ καθαρὰ πεποίηκεν αὐτά*, ubi *αὐτὰ* moleste repetitum esset.

221, 3. 4 319 D 2. 3 221, 3. 4. *Ἀλλὰ τί ταῦτα ἐγὼ μακρολογῶ λεγόμενα παρʼ αὐτῶν* (*αὐτὸν* M), *ἐξὸν ἰδεῖν, εἴ τινα ἰσχὺν ἔχει*; Haec Neumanni interpunctio sensum turbat. Nam *ἐξὸν ἰδεῖν … ἔχει* nec pro causa nec pro concessione accipi potest. Possis ita locum emendare, ut signum interrogationis post *αὐτῶν* ponas, *ἐξὸν …*

ἰδεῖν pro primario enuntiato accipias: 'Sed quid ego de his tam multa verba facio, cum ab iis ipsis dicantur? Licet videre, num quam vim habeant.' Sed offendit nos, quod ait Iulianus, quae ipse dicat, a Christianis quoque dici. Et sequitur Christianorum argumentum novam legem pro priore datam esse dicentium, idque a Iuliano impugnatur. Sed etiam si a sequentibus discedamus, absurdum est eas causas verbis *ἐξὸν ἰδεῖν . . . ἔχει* examinari.

Examinantur autem, quae Christiani dicunt. Ergo *λεγόμενα παρ' αὐτῶν* cum sequentibus est coniungendum. Sed articulus ante *λεγόμενα* addendus. Sic is oritur sensus: 'Sed quid tam multa verba facio, cum liceat examinare, quae ipsi dicant' h. e. quas causas afferant ad contemptionem Mosaicae legis excusandam? Coniectura mea etiam Oecolampadii auctoritate commendatur, quamquam non potest discerni, legeritne articulum ante *λεγόμενα* necne.

221, 16—18. *Πολλῶν ἔτι τοιούτων παραλελειμμένων, ἀφ' ὧν τὸν νόμον τοῦ Μωυσέως αἰώνιον ἐγὼ μὲν εἰπεῖν διὰ τὸ πλῆθος παρῃτησάμην· ὑμεῖς δὲ ἐπιδείξατε, ποῦ . . . εἴρηται.* Neumannus hanc sententiam cum prioribus, quae non sunt tradita, coniungendam esse arbitratur. Sed mirum esset, si Cyrillus verba Iuliani e medio enuntiato petiisset. Praeterea Iulianus in similibus transitionibus semper genetivum absolutum in initio posuit: or. 1, 10, 7 *πολλῶν δὲ καὶ καλῶν ἔργων τῷ πατρὶ τῷ σῷ πραχθέντων, ὧν τε ἐπεμνήσθην καὶ ὅσα διὰ τὸ μῆκος παραλιπεῖν δοκῶ, πάντων ἄριστον ἔγωγε φαίην ἄν. . .* ib. 11. 12 *πολλῶν δὲ ὑπαρχόντων ἐκείνοις περιφανῶν ἔργων ἐφ' οἷς ἄν τις αὐτοὺς δικαίως ἐπαινεῖν ἔχοι, καὶ τῶν ἐκ τῆς τύχης ἀγαθῶν περιουσίας, οὐδέν ἐστι τοιοῦτον τῶν ἄλλων, ἐφ' ᾧ . . .* or. 3, 136, 14 *περὶ μὲν οὖν τῆς πατρίδος πολλὰ σεμνὰ λέγειν ἔχων τὰ μὲν διὰ παλαιότητα παρήσειν μοι δοκῶ.* ep. Ath. 346, 3 *πολλῶν εἰργασμένων . . ., ἐφ' οἷς . . ., καὶ πολλῶν ἐγηγερμένων τροπαίων . . ., ἐν οἷς . . ., οὐδέν ἐστι τηλικοῦτον ἔργον . . .* fr. ep. 382, 16 *πολλῶν δὲ εἰρημένων τοιούτων, δι' ὧν ἔνεστι . . ., εἰρήσεταί μοι διὰ πλειόνων ἐν ἄλλοις.* C. 414, 2 *πολλὰ εἰπεῖν ἔχων ἔτι . . . ἥκιστα τὸ λέγειν ἐξεμελέτησα.* Sed constructio certe durissima est, quamquam *δὲ* in apodosi post participia non raro apud Iulianum exstat: or. 2, 114, 15—21 *διττῶν δὲ ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν μὲν . . ., τῶν δὲ . . .* (parenthesis)· *διττὰς δ' ἀνάγκη τὰς κρίσεις γίγνεσθαι.* ep. Ath. 348, 14. 15 *βου-* 221, 16—18 320 A 4—7

λομαι δὲ ὑμῖν τὰ κατ᾽ ἐμαυτὸν οὐκ ἀγνοοῦσι μὲν ἀπαγγεῖλαι δὲ ὅμως. ep. 9, 489, 13—15. ep. 35, 528, 13—19. Id autem mihi paulo durius videtur, quod *μέν* in enuntiato secundario respondet particulae *δέ* in primario positae. Itaque fortasse lacuna statuenda est et verba Iuliani in hunc fere modum restituenda: . . . *ἀφ᾽ ὧν τὸν νόμον τοῦ Μωσέως αἰώνιον καλεῖσθαι δῆλον γίγνεται, πάντα ἐγὼ μὲν εἰπεῖν διὰ τὸ πλῆθος παρῃτησάμην· ὑμεῖς δὲ ἐπιδείξατε* . . .

224, 18 — 225, 1 333 D 1. 2 224, 18 — 225, 1. *Καὶ εἰ μὲν αὐτός, ὅνπερ οἶμαι.* Impedita est oratio, quia ad *ὅνπερ* infinitivus *εἶναι* supplendus est. Itaque facili mutatione *ὅπερ οἶμαι* scribo; cf. p. 169, 5 *ὅπερ ἐγὼ νενόμικα.* V. supra p. 366.

229, 1 351 A 5 229, 1. *Καὶ τοῦτο εἶναι τῷ Ἀβραάμ.* Intellectu caret locus. Ex eis, quae ad id respondentur (v. 3—5): *ἄκουε δὲ πάλιν ὅτι τὴν κατὰ σάρκα περιτομὴν ὁ θεὸς λέγεται δοῦναι εἰς διαθήκην καὶ εἰς σημεῖον τῷ Ἀβραάμ*, efficias excidisse *σημεῖον.* Sed obstare videtur, quod Paulus nusquam dicit cordis circumcisionem signo datam Abrahamo esse. At Iulianus hanc sententiam ei tribuere potuit. Ceterum e responso v. 5 non potest pro certo affirmari *σημεῖον* excidisse; ibi enim verba *εἰς σημεῖον καὶ εἰς διαθήκην* verbi *δοῦναι* explicandi causa addita videntur. Pauli autem sententia redditur, si dicitur iam Abrahamo cordis circumcisionem datam esse. Neque vero deleo *εἶναι* sed in *ἤδη* mutari volo, quo facto etiam verbo *δεδόσθαι* non deest dativus, quem in priore coniectura desideramus.

229, 2. 3 351 A 5—8 Non minus difficilia sunt verba sequentia 229, 2. 3 *Οὐ μὴν ἔτι τὰ κατὰ σάρκα ἔφη καὶ* (om. O) (*δεῖ* adi. N.) *πιστεῦσαι τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ Πέτρου κηρυττομένοις λόγοις οὐκ εὐσεβέσιν* (*ἀσεβέσιν* N.). Codicum lectionem depravatam esse quis negat? Primum *λόγοις οὐκ εὐσεβέσιν* certe corruptum, quia Christianorum verba referuntur; nam Iuliani responsum haud dubie a verbis *ἄκουε δὲ πάλιν* incipit. Deinde *τὰ κατὰ σάρκα* non potest pro subiecto verbi *πιστεῦσαι* accipi. Neumanni coniectura probabiliter locus restituitur. Sed faciliore coniectura eandem quam ille vult sententiam assequimur: *οὐ μὴν ἔτι τὰ κατὰ σάρκα ἔφη, καὶ πιστεῦσαι τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ Πέτρου κηρυττομένοις λόγοις οὐκ εὐσεβές;* Neque vero dico ita constituta verba omni offensione carere.

230, 1—4 354 A 6—9 230, 2—4 *Καλῶς· Ἱ Τηρεῖν ἄζυμα . . . οὐ δυνάμεθα᾽, φασίν, Ἱ ὑπὲρ ἡμῶν γὰρ ἅπαξ ἐτύθη Χριστός᾽. Εἶτα ἐκώλυσεν ἐσθίειν*

ἄζυμα. *Καλῶς* quia eo quo codices praebent loco non aptum est, Neumannus ante *εἶτα* posuit. Sed mihi id vocabulum suspectum est ut nota a librario vel legente aliquo in margine posita.

230, 406 *Καίτοι . . . εἷς εἰμι τῶν ἐκτρεπομένων συνεορτάζειν Ἰουδαίοις, ἀεὶ* (*δὲ* adi. N.) *προσκυνῶν τὸν θεὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ*. *δὲ* a Neumanno additum otiose; participium enim concessionem significat. 230, 4–6 354 A 9 – B 3

230, 6. 7. Quae sequuntur, ita in M tradita sunt: *ὃν ὄντες οὗτοι Χαλδαῖοι . . . τὴν μὲν περιτομὴν ἔμαθον Αἰγυπτίοις ἐπιξενωθέντες, ἐσεβάσθησαν δὲ θεόν . . .* Aubertus *οἳ* pro *ὃν* scribit, Neumannus praeterea *οὗτοι* in *αὐτοί* mutat. Et amat Iulianus novae enuntiationis per relativum pronomen adiunctionem; cf. quae dixi ad 197, 6. Sed melius *ὃν* deletur, ut e prima syllaba vocis *ὄντες* repetita ortum, et ante *ὄντες* punctum ponitur. Saepe enim Iulianus pronomen demonstrativum secundo vel posteriore loco posuit, velut or. 5, 214, 3 *ἀποδιελόντες ἐκεῖνον τὸν Ἄττιν*. or. 7, 299, 25 *εὐξαμένῳ ταῦτα*. 300, 20 *ἀκούσας ταῦτα*. ep. Ath. 363, 1. 363, 24. 365, 14. ep. 27, 518, 16. 230, 6. 7 354 B 3

231, 1. Falso Neumannns in margine ascripsit Gen. 4, 43 sqq. pro Gen. 24, 12 sqq. 231, 1 356 C 6

231, 3 . . . *αὐτὰ δείξω σαφῶς τὰ ὑπὲρ τούτων εἰρημένα*. Klimekii (p. 27) coniectura *δείξει* scribentis probatur locis his: or. 1, 27, 18. C. 394, 10 (cf. Hertl. ad h. l.). 231, 3 356 C 7 – D 1

232, 16 — 233, 3. *Φησὶ δέ, ὅτι τῇ τῶν οἰωνῶν ἐπιπτήσει βεβαίαν ἔδειξε τὴν ἐπαγγελίαν. Ἀποδέχεται δὲ τὴν πίστιν τοῦ* (secl. N.) *Ἀβραὰμ προσεπάγων, ὅτι ἄνευ ἀληθείας πίστις ἠλιθιότης ἔοικέ τις εἶναι καὶ ἐμβροντησία. Τὴν δὲ ἀλήθειαν οὐκ ἔνεστιν* (*ἰδεῖν* adi. N.) *ἐκ ψιλοῦ ῥήματος, ἀλλὰ χρή τι καὶ παρακολουθῆσαι τοῖς λόγοις ἐναργὲς σημεῖον, ὃ πιστώσεται τὴν εἰς τὸ μέλλον πεποιημένην προαγόρευσιν*. In tradita lectione subiectum verbi *φησί* est *θεὸς* vel Moses. Sed ubi invenimus in sacra scriptura verba *ὅτι ἄνευ . . . ἐμβροντησία*? Nec dicitur deus promissionem advolatu avium confirmasse. Eaedem difficultates in Neumanni coniectura manent. Sed tolluntur, si haec verba Cyrillo tribuimus, quippe qui saepe Iuliani verbis directe allatis addat obliqua oratione, quae deinceps Iulianus dixerit (velut 191, 9. 193, 11. 226, 2. 227, 5. 229, 10). Accedit, quod *προσεπάγειν* a Cyrillo saepissime usurpatur (velut 85 E 8. 131 B 3. 137 E 3. 155 C 4. 176 A 6. 205 E 4. 335 D 1). Verba 232, 16 — 233, 3 358 E 1–9

ὅτι ἄνευ ... ἐμβροντησία paulo mutata a Cyrillo p. 360 C 7. 8 ut Iulianea afferuntur: *ἐπειδὴ δέ φησιν· Ἄνευ γὰρ ἀληθείας ... ἐμβροντησία;* illud *γὰρ* certe Iulianeum est, quia eo hiatus vitatur, quem Neumannus ita tollere conatus est, ut *ἄνευ* post *ἀληθείας* poneret. Cetera usque ad *προαγόρευσιν* utrum ipsis verbis Iuliani Cyrillus attulerit necne, non potest diiudicari.